Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann August Bach Karl Gottfried Winkler von

Nova Additamenta Et Observationes J. A. Bachii Et C. G. Winckleri Ad J. H. Bergeri Oeconomiam Juris

[S.l.], 1794

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn816544042

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn816544042/phys_0001
DFG

164

Fe_1322a

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn816544042/phys_0002
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn816544042/phys_0003
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn816544042/phys_0004
DFG

NOVA ADDITAMENTA
ET
OBSERVATIONES
J. A. BACHII ET C. G. WINCKLERI
AD
J. H. BERGERI
OECONOMIAM JURIS.



1794.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn816544042/phys_0005
DFG

NOVA ADDITAMENTA
ET
OBSERVATIONES

Bachii signo [ ] & illa Winckleri [* *] denominata sunt.

Lib. I. Tit. I. thes. V. p. 2. lin. 7.
post verb. *Schilterus.*

[& Brencmannus.]

Ib. thes. XI. p. 5. lin. ult.
post verb. *Legib.*

[* unde in Saxonia interpretatione constitutionum aliarumque legum dubiarum dicasteriis diserte interdicta, v. Erledig. der Landgebr. de a. 1661. *t. v. Just. S.* §. 49. *cf. Mand. præmissum Ordinationi proc. & novis Decisionibus de a.* 1746. *]

Ib. thes. XII. post not. 1.

[quæ iis abrogata est *O P. S. R. lit. XLV.* §. 2. restituta *Mand. de a.* 1732.]
[* Sed restituta tantum fisco principis non aliorum judiciorum. *cf. infra L. II. t. V.* §. 3. *not.* 1. *seq.* *]

Ib. thes. XVII. not. 3. lin. 4.
post verb. *in* 6.

[* Hæc, quamvis communis opinio, ex nulla allegatarum legum profluit; nam in posteriore nihil omnino de legis obligatione; in dicto *c.* 32. nonnisi religiosis spatium obediendi præcepto, de abdicando uno prioratu, conceditur, nec tandem in Novella 66. dispositio generalis, sed specialis continetur, quando Justiniani Constitutiones, circa formam testamentorum latæ, primum valere debeant, ut eo pauciora testamenta infringerentur; unde sunt, qui convenientius juri putant, ut lex statim post publicationem obliget. *]

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn816544042/phys_0007
DFG

Lib. I. Tit. I. thes. XVII. lin. ult.

post verb. *de anno* 1661.

[* interdum majus spatium concessum, v. g. *in Mand. Ord. proc. præmisso* IX. mensium *]

Ib. Not. 6.

post verb. *vel eor.*

[* quale exemplum est in *Decis. El.* 67. *]

Ib. thes. XVIII. post not. 3.

[* *Nota* 3b. Jure Sax. opificum statuta non valere, nisi confirmata a principe, quod patet 1) ex *Resol. Grav. de a.* 609. § 18. quippe quod interdictum generale videtur, 2) ex *Ord. Polit. de a.* 661. *t.* 21 §. 12. verb so bestätigte Innungen vorzulegen haben, 3) ex disertis verbis Mand. contra abusus opificiorum *de a.* 731. §. 1. (uti tamen idem jus quodammodo etiam magistratibus conceditur) & 10. 4) ex eo, quod secund. *Mand. d.* 28. *Sept.* 748 *&* 27. *Nov.* 1765. singulorum opificiorum in tota Saxonia statuta, ut revideantur & corrigentur, per magistratus Principi mitti debent. *]

Ib. Not. 4. lin. ult.

post verb. *Decembr.* 1692.

[* Magistratibus oppidanis quam plurimum potestatis circa opificum collegia concessum per Mandatum Imperatoris wider die Mißbräuche der Handwerker, *d.* 19. *Oct.* 1731. denuo in Saxonia publicatum *d.* 10. *Nov.* 1764. ubi præter reliqua nullum opificum collegium ne quidem convenire potest absque præsentia senatoris, ad hanc rem delegati, neque licet illis, pœnas nisi levissimas sine magistratus auctoritate dictare, cf. *Land. Ordn. de a.* 1541. neque insscio delegato cum aliorum urbium collegiis litterarum commercium habere. Debent etiam magistratus curare, ut pravæ opificiorum consuetudines, quæ ibi §. XIII. recensentur, opprimantur, ac coerceantur ii, qui ex peruersa circa famæ læsionem opinione turbas excitant, ac in universum eo prospicere, ne resp. ex opificum moribus vel opinionibus detrimentum capiat, *]

Ib. thes. XIX. lin. 15.

post verb. *obtenti,*

[* hos non requiri ind. F. L. L. m. Febr. 770. conf. præf. Lipsi. *]

Ib. lin. 28.

post verb. *dierum.*

[* vid. Landrecht *L.* 1. *art.* 29. *&* 38. *]

Lib. I.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn816544042/phys_0008
DFG

Lib. I. Tit. I. thes. XIX. lin. 17.

post verb. *non creditur.*

[* nisi atteſtetur de iis, quæ coram ſe a partibus litigantibus vel tranſigentibus facta ſunt; in his enim fidem habet, donec contrarium probetur, vid. *Dec. Elect. Sax.* 3. Sic jud. F. I. L. m. Febr. 770. conſ. præf. Lipſ. conſ. infra not. 6. hui. §. cf. etiam Hommel. *Rhapſ. CCCXLVI.* *]

Ib. not. 1. lin. 7.

post verb. *D. F. p.* 724.

[* huc inprimis pertinent obſervantiæ mercatorum circa commercia & cambia, de quibus ſubinde collegium mercatorum addictis rationibus atteſtari ſolet, quæ *Parere* vocantur; quorumque magnam Syllogen vid. in Sigelii *Corpore Juris Cambialis* *]

Ib. thes. XXI. p. 15. poſt lin. ult.

[* Attamen hæc duo poſtrema quotidie in foro obſeruari videmus, nempe, quia ad 3) neglecta illa forma, & deficiente adeo corpore delicti, incertum eſt, an reus ſit homicida? ad 4) vero, ut difficultas tolleretur, finxerunt JCti, præſcriptione non pœnam ſolum, ſed ipſum adeo crimen tolli. Quod an recte dici poſſit, alii videant. *]

Ib. theſ. XXII. p. 16. Not. 2. poſt lin. ult.

[* & Bachii *Hiſt. Jur. L. III.* qui quatuor tamen epochas conſtituit, diviſa priore in duas, per Hadriani tempora. *]

Ib. theſ. XXIII. lin. 11.

poſt verb. *pragmat. ſanct.*

[* v. Juſt. Henning Bœhmer *de ſanctionum pragmaticarum natura ac indole, inter exercitat. ad Paud. exerc.* 12. *]

Ib. p. 18. Not. 5. lin. 5.

poſt verb. *interponatur;*

[* Quæri ſolet, num partes ad reſcriptorum publicationem citandæ ſint, an vero ſufficiat, ea in vim publicationis transmittere, v. Hommel *Rhapſ. LXIX.* Sic igitur tene: Regulariter partes ad audiendum reſcriptum citandæ ſunt, & expectandum decendium, donec in rem judicatam transeat, quoniam a publicato reſcripto ulterius provocare licet. unde cum actor articulos probatoriales offerret judici die quinquageſimo a publicato reſcripto, quo rejiciebatur appellatio contra ſententiam interlocutoriam interpoſita, memini, fatale ſeruatum eſſe in Curia provinciali & Regimine Dresdenſi. Tum vero ſatis eſt, a judice reſcripti copiam ſcriptis fieri, quando, ſententia in judicio appellationis publicata, adeoque vires rei judicatæ jam conſecuta, nonniſi Acta ad judicem inferiorem remittuntur. *]

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn816544042/phys_0009
DFG

Lib. I. Tit. I. thes. XXV. p. 20. lin. 20.

post verb. *arg. l. 4. Locat.*

[* privilegia cum legis species sint, *l.* 1. §. 2. *l.* 3. *D. de const. pr.* vix videntur a privato dari posse, hæc causa est, cur possessori prædii nobilis non permittatur, quibusdam musicis hoc privilegii cum jure prohibendi dare, ut hi soli illic loci saltatoribus musicam facere possint, sic jud. F. I. L. cf. Hommel. *Rhapf. CCLXV.* *]

Ib. thes. XXVI. p. 22. lin. 25.

post verb. *publicare debeat,*

[* quod in Sax. jubetur *Ord. Proc. rec. t. XXXIV.* §. 5. sub nullitatis aliaque pœna. *]

Ib. Not. 2. post lin. ult.

[* *t.* 22. §. 4. *] [Idque etiam cavit expressus *O. P. S. R. ad tit. XXXIV.* §. 1. & *ad tit. II.* §. 3. Nam permissum est Judici arbitrium, sive ipse decernere, an JCtorum collegio sententiam committere malit: nisi 1. omnes, quorum interest, sententiæ dictionem Collegio JCtorum deferri voluerint consensu: 2. nisi super leuteratione a decreto interposita pronunciandum sit. 3. Dominus jurisdictionis cum suis subjectis in suo judicio de personalibus, realibus, feudalibus causis egerit. Tum enim Justitiarius, maxime in difficilibus ac dubiis quæstionibus, Acta sententiæ ferendæ, aut litis dijudicandæ causa, ad dicasterium aliquod Saxon. mittere atque decisa, sententiasve deinde istius collegii, sine mora, simpliciter publicare jubetur.]

[* adde extra Saxoniam, quando a judicis decreto ad summa tribunalia Imperii appellatur, sed summa controversia non tanta est, ut eo provocari possit, v. *Rec. Imp. de a.* 1654. §. 113. *]

Ib. thes. XXVII. p. 23. Not. 1. post lin. ult.

[cf. Brencmann. *Histor. Pand. III*, 6.]

Ib. thes. XXVIII. p. 24. lin. 13.

post verb. *simpliciter.*

[Quo tamen Meichsneriano vetustius exemplum de a. 1434. scriniis Excellentissimi & in omni doctrinæ genere in Exercitatissimi Præsidis Consilii Cæs. Comitis *de Wurmbrand*, Filius Autoris Jo. Augustus, accuravit, sumtuque heredum Lankisianorum Lipsiæ edidit A. 1726.]

Ib. p. 25. Not. 3. lin. 2.

post verb. *Romano;*

[* unde dicitur jure Weichbild. *art.* 24. Willkühr bricht Landrecht. *]!

Lib. I.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn816544042/phys_0010
DFG

Lib. I. Tit. I. thes. XXVIII. post Not. 3.

[* Extat rescriptum Ducis Sax. Georgii ad senatum Lipsiensem die Mariæ Magd. 1522. quo ubetur circa hanc successionis materiam non dictam [legem imperialem sed jus Saxonicum sequi.

Nota 3b. Statuta civitatis pertinere non solum ad ipsos cives, sed incolas etiam & suburbicarios, nam eatenus se extendunt, quousque patet jurisdictio & ejus magistratus, Mev. *Jus Lub. p.* 1. *qu.* 2. *n.* 56. cf. *l.* 87. & 239. §. 2. *d. d.* ‖*V. S.* non tamen regulariter ad forenses, Menck. *Dig. tit. de succes. jur. noviss.* §. 38. nisi in contractibus, solennitatibus testamentorum & delictis, Lauterb. *Coll. Pand. L.* 1. *t.* 3. §. 16. Carpz. *P. III. const.* 6. *def.* 12. Clerici quoad bona mobilia non utuntur statutis ejus urbis, in qua sacra faciunt, ut resp. F. I. L. a. 1768. in successione uxoris Pastoris Geithaynensis. aliud exempl. v. ap. Hommel. *Rhapsod. Obs. CLIV.* *]

Lib. I. Tit. II. thes. II. p. 28. lin. 24.

post verb. *dijudicari possit.*

[* posthumi regulariter semper vivi nasci præsumuntur, Carpz. *P. III. c.* 17. *def.* 20. *]

Ib. p. 30. post Not. 4.

[* Contra, partu septimo mense edito, parentes puniri prohibuit rescribendo Elector. Sax. d. 27. Febr. 1635. in Cod. Aug. T. I. p. 1033. *]

Ib. post Not. 8.

[* unde nihilominus marito imposita necessitas alendi ejusmodi partus a F. I. L. a. 767. *]

Ib. thes. V. lin. 8.

post verb. Ind. Scheinen *recepto.*

[* v. Sächsisch Lehns-Mand. *d. d.* 30. *Apr.* 764. *t.* II. §. 4. *]

Ib. lin. 10.

post verb. *Caroli V. art.* 164.

[* quamvis hæc lex nonnisi de furibus agat, tamen solet etiam ad reliqua delicta extendi. *]

Ib. thes. VII. post Not. 2.

[Magis tamen hodierni homines proprii similes sunt vel *Adscriptitiis*, vel *Colonis*, de quibus infra dicit A. pro ratione regionum: Adeoque si quis velit argumentum de hominibus propriis capere ex jure Romano, magis id ex ratione colonorum, vel adscriptitiorum ducendum esse videtur.]

[* Homi-

[* Hominum propriorum conditionem potius a servis Germanicis, quam Romanorum derivandam esse, ostendit Just. Henn. Bœhmer *Exerc. ad Pand. XVIII.* *]

Lib. I. Tit. II. thes. VIII. lin. 12.

post verb. *sed gradu:*

[Nam aliquas servitutis particulas sustinent. *Adscriptitii* quidem servi erant, ita ut eorum peculia ad dominos pertinerent: non tamen servi per omnia & in omnibus v. Cujac. *Paratit.* Cod. *de agricol. censit. Coloni* vero liberi homines, & peculia habebant propria: ita tamen ut censerentur esse in domino terrare, quam derelinquere non possent, certasque pensiones praestare tenerentur dominis. v. Cujac. *l. c.* & Jac. Gothofr. *ad Cod. Theod. de fugitiv. colon.*]

Ib. lin. 13.

post verb. *prope accedunt.*

[* v. Bœhmer Exerc. XIX. ad Pand. *de imperfecta libertate rusticorum in Germ.* *]

Ib. lin. 18.

post verb. *affrancementa.*

[* Novissime Mandato d. d. 28. Mart. 765. ratione Lusatiæ superioris & d. d. 12. Dec. 767. intuitu Inferioris cautum, ut nemo hos subditos, sine ejusmodi litteris dimissionis recipiat, aut repetitos a dominis deneget, sub pœna morosis executoribus statuta centum florenorum. *]

Ib. post lin. ult.

[* cf. *Resol. Gr. de a.* 1661. *tit.* v. Rentb-Sachen. Eædem debentur, si metus prædonum adest, ita jubentibus *Mandd. regiis d.* 14. *Aug. &* 14. *Dec.* 717. cessante vero periculo cessant excubiæ, *v. Mand. d.* 22. *Jan.* 722. *]

Ib. p. 38. post Not. 2.

[* *Nota* 2b. Domino, cui subditi ad operas indeterminatas obligati sunt, a quibusdam ex iis loco servitiorum pecuniam accipiente, reliqui conqueri non possunt de gravatis servitiis, cum ei liberum sit, ea cuicunque placuerit, plane remittere. Sic resp F. I. L. m. Aug. 762. conf. *L. z. Neust. an d. Orl.* *]

Ib. p. 39 Not. 8. lin. 2.

post verb. *de oper. lib.*

[* Neque rusticis, operas debitas per alium praestare permissum, nisi hoc jure per praescriptionem acquisito; sic resp. F. I. L. m. Aug. 1762. conf. *L. Z. Neust. an d. Orl.* *]

Ib. post Not. 9.

[* *Nota* 9b. rusticos, si morbo aut alio casu fortuito a servitiis praestandis impediuntur, non posse cogi ad ea aliis locanda, sed liberari, nisi ejusmodi sint naturæ,

naturæ, ut remoto impedimento adhuc utiliter præstari possint. sic jud. F. I. L. m. Majo 1770. conf. Senatu Budissinensi. *]

Lib. I. Tit. II. thes. VIII. Not. 10. lin. 2.

post verb. *consentiant:*

[* vel præscriptio adsit *]

Ib. p. 40. post lin. 10.

[* quo casu, & quando operæ domini & subditorum consensu incertam pecuniam, loco earum solvendam, transmutatæ sunt, hæc omni tempore in ea monetæ bonitate exigi posse. quæ fuit tempore conventionis. ut resp. F. I. L. m. Aug. 762. conf. *L. Z. Neust. an d. Orl.* Ceterum

Nota 10b. si per præscriptionis annos dominus ex loco servitiorum accepit datam a rusticis pecuniam, quotannis uniformem, neutri ad operas recurrere permissum *Const. El.* 4. *P. II.*

Nota 10c. eandem esse ubique rationem, quando emphyteuta domino emphyteuticario annuatim pro canone certas res ad victum aptas debet, sed loco earum pretium pecunia parata exigitur, hoc vero per usum recepta illæ denuo petantur, ut resp. F. I. L. m. Aug. 762. conf. *L. Z. Neust. an d. Orl.* *]

Ib. Not. 11. lin. 2.

post verb. Dienstzwang:

[* quod tamen jus quia famulitium non gratis præstatur, sed locatur, magis ad conductionem necessariam locationem referendum videtur, vid. infra *L. III. t. V.* §. 21. *not.* 3. *]

Ib. lin. 4.

post verb. *non parentum*,

[* i. e. dominus jurisdictionis hoc jure tantum gaudet, si subditi extraneo operas suas locare cupiunt, non, si parentes eorum opera utuntur *]

Ib. post Not. 11.

[* quæ tamen jure Sax. recentiori quodammodo immutata, v. infra *L. III. t. V.* §. 21. *not.* 3. *]

Ib. Not. 12. lin. 3.

post verb. 365. *seq.*

[* cf. infra. *l. c.* *]

Ib. p. 41. Not. 13. post lin. 3.

[In Sax. El. quomodo hæc quæstio decisa v. *Decis. Nov. V. d. a.* 1746.] [* nempe præscribi non-usu tum demum, cum, quamvis bis vel ter data occasione utendi, tamen non exactæ sint, elapso a prima intermissione spatio tricennario cum anno Saxonico. *]

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn816544042/phys_0013
DFG

Lib. I. Tit. II. thes. VIII. Not. 14. lin. 8.

post verb. *constituere:*

[*O. P. S. R. T. VII.* §. 6.]

Ibidem

post verb. *oportere:*

[* quod mutatum jure Sax. per O. P. R. t. XVIII. §. 5. ita, ut eodem modo ac universitates jurent, scilicet tres vel quatuor eorum loco omnium *]

Ib. thes. IX. p. 42. Not. 4. lin. 2.

post verb. *remittitur*,

[* item clerici, & qui in officio principis sunt, *v. Resol. Grav. de a.* 661. *t. v. Just. S.* §. 107. *]

Ib. Not. 6. lin. 2.

post verb. *C. eod.*

[* inter quos quanquam trium in Imperio toleratarum religionum assectæ non sunt referendi, tamen in Saxonia nonnisi Augustanæ Confessioni addicti civitatis jura consequi possunt, ob annum decretorium 1654. v. Ausschußtags-Abschied *de a.* 1680. *Cod. A. T.* 1. *p.* 360. *]

Ibidem

post verb. *Judæis.*

[* In Saxonia Elect. Judæis non permissum, immobilia comparare, v. Landtags-Resol. auf d. Prälimin. Schrift *de a.* 718. §. 3. *Cod. A. T.* 1. *p.* 399. nec omnino tolerantur in urbibus pagisve, nisi data peculiari concessione principis, *v. Mand.* von Einschränk. der Juden *de a.* 746. ipsisque commercio interdicitur, exceptis nundinis Lipsiensibus & Numburgensibus & reliquorum oppidorum mercatibus, sed ita tamen, ut non minutim nec leviorem mercaturam, sed majoris momenti & integris mercibus vendendis faciant, de quo plura *vid. in Mand. d.* 6. *Oct.* 687. & Leipziger Juden-Ordnung *de a.* 682. *]

Ib. thes. X. p. 43. lin. 13.

post verb. *de decur.*

[* In eligendis senatoribus IX. *Mand. d.* 31. *Mart* & 16. *Oct.* 716. non solum litteratorum sed mercatorum etiam, artificum & opificum ratio habenda, neque reliquis senatoribus consanguinitate vel affinitate proxime juncti cooptandi sunt, per *Mand. d.* 15. *Jul* 741. *]

Ib. Not. 1. lin. 3.

post verb. *a civibus*,

[* a quo tamen eximuntur honoratiores, & qui in officio Principis sunt, it. clerici, cf *Res. Grav. de a.* 661. *t. v. Just. S.* §. 107. *]

Lib. I.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn816544042/phys_0014
DFG

Lib. I. Tit. II. thes. X. p. 44. Not. 1. lin. 3.

post verb. Ordnungen halten,

[* *cf.* Räuber, Mand. d. 29. *Apr.* 734. *& Mand. d.* 12. *Nov.* 744. *]

Ib. lin. 10.

post verb. Daß demnach

[* Hodie omnibus magistratibus cum oppidanis tum in pagis, cuiquam facultatum colligendarum eleemosynarum dare interdictum, simulque omnes & singuli pauperes eas colligere ac in via & domibus mendicari prohibentur, potius sapiente lege cautum, ut omnis eleemosynarum collectio ac distributio penes magistratum sit, & quælibet urbs singulique pagi suos pauperes, einheimische Arme, h. e. eos, qui illic vel nati sunt, (quod inprimis in mendicantibus pueris aut infantibus locum habet) vel immobilia possiderunt, vel denique per aliquod tempus commorati sunt, publicasque contributiones dederunt, ipsi alant. Publica igitur est cura magistratuum ac dominorum inferiori jurisdictione præditorum, de sufficientibus ad hæc alimenta sumtibus cogitare, & subditos ad liberalitatem variis modis vel excitare vel cogere, atque statuta de ea re, ac ærarium Armen-Ordnungen und Armen-Cassen facere. Mendici extranei, i. e qui aut in alieno territorio, aut in Saxonia quidem, sed alibi tamen, quam ubi mendicari deprehenduntur, nati educatique sunt, vel habitant, remittuntur ad locum unde venerunt, posterioris quidem generis, si domicilium non ultra quam unum vel duo militaria dissitum, ab ipso magistratu, sub cujus jurisdictione mendicantur, si ultra, per præfectos Electorales. Hi enim recipere eos hoc casu a magistratibus urbium & vasallis tenentur. Mendicantes vero, ex alienis territoriis venientes, primum pœna carceris vel operarum multantur, mox usque ad fines transportantur. Prohibentur etiam Saxoniæ subditi, non quidem liberales esse erga pauperes, sed tamen cuivis mendicanti, obvio in via & domo, ipsi erogare, potius eleemosynas magistratui ad distribuendum dare debent. Huc etiam pertinet publicum eleemosynarum ærarium, in Saxonia El. sub Principis auspiciis in eorum commodum institutum, qui incendiorum casu fortuito facultates amittunt, ad quod omnes subditi vel libere, vel ex magistratuum suorum arbitrio quotannis aliquas summas conferre tenentur, ita tamen, ut earum collectio ac transmissio sit penes magistratum superioris non inferioris jurisdictionis. Hæc omnia sancita sunt plurimis legibus, inprimis vero Mandatis d. 17. Dec. 715. d. 5. Apr. & 6. Dec. 729. d. 13. & 15. Dec. 730. atque d. 28. Dec. 733. *]

Ib. thes. XI. p. 45. lin. 19.

post verb. *intra milliare.*

[* sec. *Ord. prov. de a.* 1482. *& de a.* 1555. *t.* von Brauen ꝛc. it. *Resol. Grav.*

de a. 661. *t. v. Juſt. S.* §. 118. *&* 127. ac Ausſchreiben *d.* 31. *Dec.* 676. *Cod. A. T.* 1. *p.* 1649. vid. etiam Grimmiſch. Vertrag *d.* 22. *Febr.* 1555. *C. A. T.* 1. *p.* 1399. *cf.* Land-R. *L. III. art.* 66. **]*

Lib. I. Tit. II. theſ. XI. lin. 22.

poſt verb. *C. I. S.*

[* Quantum opifices, qui regulariter & ſecundum opificiorum originem omnes in urbibus eſſe ſolent, in pagis tolerari poſſunt, nova lege Saxonica ſancitum *d.* 29. *Jan.* 767. ſcilicet 1) ne intra quartam milliaris a proxima urbe partem nemo opifex, niſi unus lignarius, cæmentarius, ſartor, faber, & carpentarius ſit, 2) ut hi ſodales ſint collegiorum ſuæ artis in proxima urbe & magiſterium ab iis conſecuti, 3) ne opus faciant incolis urbis, ac 4) ne ſartor auxiliatoribus mercenariis utatur, aut tyrones doceat, 5) ſutori tamen, quamvis non magiſtro calceos attritos reparare, item 6) iis, qui lintea texunt, panem coquunt & pecora mactant, porto has artes in pagis exercere ut & 7) Ludimoderatoribus, & præceptoribus paganis, qui opificium didicere, permiſſum. *]

Ib. p. 46. poſt Not. 6.

[* *Nota* 7. In Ordinatione provinciali *de a.* 1555. *tit.* v. Brauen, Schenken prohibitum eſſe, novam cauponem inſtituere, ſub pœna C. florenorum, quod tamen ex ſententia F. I. L. de ejusmodi tantum cauponis intelliguntur, qui ſimul hoſpites & veredarios in hoſpitium recipiunt, non quando quis venientibus ad ſe cereviſiæ vel vini aduſti potum vendit, ſunt enim verba dictæ legis: neue Schenkſtädte, Kretſchmare, Ausſpannen und Gaſtungen. cf. Hommel *Rhapſ. obſ.* 97. *]

Ib. theſ. XIII. p. 50. lin. 16.

poſt verb *Saxon. Electoralis*,

[* *v. Ord. Polit. de a.* 1612. §. 19 *& de a.* 1661. *t.* II. *]

Ib. lin. 29.

poſt verb. *p.* 2 *p.* 73.

[* hoc hominum genus, ubicunque inveniantur, deprehendi & incarcerari jubetur, cum multis aliis legibus Saxonicis tum recentioribus Mand. *d.* 4. *Apr.* 722. *d.* 5. *Jan.* 743. *&* 21. *Mart* 757. *]

Ib. poſt Not. 3.

[* quod repetitum in *Mand. adverſus bonis lapſos*, die Banqueroutierer *d.* 7. *Jan.* 714. §. 10. 12. & noviſſime *d.* 20. *Dec.* 1766. §. 10. 12. ſecundum quæ etiam is in contumaciam pro doloſo decoctore, & infami habetur, qui facultatibus lapſus fugam capeſſit, neque edictaliter citatus redit. Pœna his vel vere vel ficte doloſis decoctoribus conſtituta, præter hanc, dum vivit, infamiam, denegatio honeſtæ

ſepulturæ,

sepulturæ, exclusio ob omnibus publicis officiis, interdictio loci, ubi mercatores conveniunt, & concurrente insigni defraudandorum creditorum consilio, gestatio flavi pilei ac condemnatio ad ergastulum vel opus publicum, interdum etiam fustigatio, atque adeo, si damnum datum C. thaleros superat, remissione non secuta, laqueus. Ceterum infamia illa, quæ non ipso facto contrahitur, sed sententia declaratoria opus est, non propagatur ad uxorem, liberos & hæredes, *v. dict. Mand. l. c.*

Nota 3b. Jure Saxonico infamia notari usurarios, v. *Mand. d.* 28. *Apr.* 1625. quo se refert *alleg. Mand. adv. bonis lapsi.* §. 2. item jure Imp. & Sax. eos opifices bœthos, qui inter sodales turbas excitarunt, neque tamen ob fugam captam & facultatibus in terris Saxonicis destituti, ceteris constitutis pœnis affici nequeunt, v. *Mand.* v. Misbräuch. der Handw. §. 2. *in fine.* *]

Lib. I. Tit. II. thes. XIII. post Not. 4.

[* Stupratam non solum non infamem, sed etiam injuriam ei fieri, si nobilis vitiata Fräulein, ignobilis Jungfer non appelletur, resp. F. I. L. m. Apr. 770. cons. H. Neostadii ad Orl. cf. Hommel. *Rhapsi. Obs.* 430. *]

Ib. Not. 6. lin. 2.

post verb. *de murileg.*

[* aliter visum F. I. L. m. Mart. 764. cons. senatu Lubbensi, atque opificem, qui viduam carnificis duxerat, ex consortio non expelli posse, judicatum *]

Ib. post Not. 7.

[* quod hodie in toto Imperio Germ. eo minus dubium, postquam hæc res per Mandatum imperatorium *d.* 16. *Aug.* 1731. datum, ac in Sax. *d.* 19. *Oct. d. a.* ac denuo *d.* 10 *Nov.* 1764. Electoris nomine publicatum, inter pravarum consuetudinum numerum refertur, a quibus, opificia abstinere debeant. *]

Ib. post. Not. 8.

[* *Nota* 8b. Levis notæ macula etiam eos opifices, sive magistros, s. bœthos notari, qui, postquam unus sodalium aliquid turpe feciisse prædicatur, eum pendente lite ab artis exercitio arcent, quæ infamia tamen modo tam diu durat, donec illa causa decisa sit, v. *dict.* Handwerks-Mand. §. 5. *]

Ib. post Not. 9.

[*-quod hodie aliter esse videtur, postquam secundum Mandatum circa abusus opificiorum sæpe allegatum §. 4. omnes omnio homines, solis excoriatoribus eorumque liberis ac nepotibus exceptis, ad opificia addiscenda admittenda sint, adeoque & carnifices eorumque liberi, conf. Hommel. *Rhapsi. obs.* 151. *]

Lib. I. Tit. II. thes. XIV. p. 53. lin. 33.

post verb. *rest. curaret.*

[* quo hodie non opus esse videtur, adsersa ejusmodi macula per Mand. Imper. sæpe allegatum §. 5. 12. & 13. *]

Ib. p. 54. post Not. 2.

[* & in sententiam Stryckii respondit *F. I. L. Mens. Octobr.* 1706. *]

Ib. thes. XV. p. 59. Not. 6. lin. 5.

post verb. *judice compet.*

[Bynkershock de *Foro competente Legatorum.*]

Ib. lin. 11.

post verb. *rev. domum*,

[* h. e. ne in loco legationis in jus vocari possint *]

Ib. Not. 9. lin. 7.

post verb. *tenetur.*

[* Quod quamvis verum sit, tamen hodie in Saxonia El. onus der Quatember-Steuer ipsis fundis inhæret, facta scilicet partitione ejus summæ, quam singula loca principi quotannis tribuere debent, inter prædiorum possessores, habita tamen inprimis ratione negotiationis, quam exercent, & quæstus, quem faciunt. Hoc ita inprimis jussum sanctione *d.* 16. *Jul.* 716. cui adjecta monita, in conficiendis hujus generis catastris observanda. *]

Ib. post Not. 9.

[* *Nota* 9b. hac occasione: in Saxonia tributa publica, quæ subditi non feudales Electori pendunt, duplicia esse 1) *ordinaria*, quod nomen inde venit, quia quasi perpetua sunt & fixa. singulis quippe comitiis ab ordinibus principi offeruntur, neque facile mutationem subeunt. Talia sunt 1) die Land-Steuern, h. e. ea contributio, quam singuli in terra Electorali fundorum non-feudalium possessores quotannis pendunt secundum numerum sexagenarum, s. 60. grossorum, cuilibet prædio attributarum. Hujus steuræ exactio primum ab Ordinibus Electori concessa, verwilliget, a. 1550. in Comitiis Torgavienssibus, tunc quinque denariorum, hodie vero est 16. denariorum pro qualibet sexagena, quorum dimidia pars solvitur in Termino Lætare, altera in Termino Bartholomæi. Origo harum sexagenarum steuræ, der Steuer-Stocke inde fluxit quod antiquis temporibus, quibus hominum facultates, rerumque pretia non secundum thaleros, sed secundum singulos pluresve sexaginta grossos, h. e. sexagenas numerabantur (easque s. antiquas sive novas pro varietate scilicet numerandi, cum mox viginti grossi unum florenum, mox sexaginta tres florenos exæquare dicerentur) aut ipsi prædiorum possessores, (nihil enim certi de hac re

re memoriæ traditum est) fundos suos pro certo numero sponte, ut partem quotam bonorum suorum a principi indictam solverent æstimaverunt, aut ipse princeps, promissos ab Ordinibus pro modo cujusque facultatum denarios, secundum pretium emtionis fundorum, (i. e. secundum numerum sexagenarum quibus antea possessores emerant) exegit. Harum sexagenarum steueralium aliæ sunt **gangbare**, secundum quarum numerum singulis nunc annis hoc tributum penditur, aliæ demtæ vel deminutæ, *moderate s.* **Detriment-Schocke**, h. e. eæ, quas princeps, quoniam videbat, possessores tot ferre non posse, iis usque ad feliciora tempora adimebat ac condonabat numerumque adeo diminuebat, vel *caducæ* quæ prædiis caducis ac possessore cultoreque carentibus inhærent, & harum omnium complexus simul sumtus vocantur volle Schocke. 2) die **Trank-Steuern** illis adhuc antiquiores, quippe jam ortæ a. 1469. in comitiis Lipsiæ habitis, nominatæ tunc **der Bier-Zehend**, dantur pro omni, quæ coquitur, bibiturve, cerevisia, item pro vino s. simplici, s. adusto, scilicet pro qualibet quantitate, quam consuetum dolium capit, cerevisiæ, coctæ in his terris rubicundi coloris, **von jedem Fasse innländischen Braunbieres** 32. grossi, alibi vero coloris, **von innländischen Weisbiere** 36. grossi, & pro vino simplici ex aliis territoriis invecto certa pecunia, secundum loca, unde apportantur, variáns, item vino adusto, facto in Saxonia & aliunde allata etiam certa constituta summa; 3) die **Fleisch-Steuer**, qua pro singulis, quæ mactantur pecudibus, & de iis quidem, quibus mactans cum suis ipse vescitur, pro singulis liberis unum de his vero, quæ mactatæ cæsim venduntur, duo denarii solvuntur; II) *extraordinaria*, inter quas referuntur a) die **Pfennigsteuern** in eo convenientes **mit denen Landsteuern**, quod non minus secundum cujuslibet fundi sexagenas exiguntur, in eo tamen diversæ, quod numerus denariorum pro singulis sexagenis solvendorum non omni tempore unus idemque esse, sed variare solet Namque possessores fundorum, præter die **Landsteuern**, quæ fixæ sunt, etiam quotannis die **Pfennigsteuern**, h. e. tot de singulis sexagenis suis denarios solvunt, quot denarii in comitiis proximis Principi ab ordinibus oblati sunt, quorum jam numerus, facta imputatione **der Landsteuern**, in pagis 58. in oppidis autem 55. est. b) die **Quatembersteuern**, de quibus Auctor nota præcedenti dixit. Solet etiam certus munerus quaternorum **der Quatember** in singulis Comitiis definiri & provinciis imponi, singulis vero urbibus singulisque pagis jam dudum injunctum est, quantam pecuniæ summam pro quolibet quaterno in universum solvere debeant, in qua re magistratus jus subcollectandi habet, i. e. partitur eam summam inter cives seu incolas, non possessores solum prædiorum, sed immobilibus etiam carentes, pro modo cujuslibet negotiationis ac quæstus, ita tamen, ut tota summa civitatis vel universitatis distribuatur inter illos, quicquid vero mobilia tantum possidentes conferunt, tamdiu colligatur, donec efficiatur

summa

summa unius vel dimidii quaterni, quo postea possessores fundorum sublevantur; c) *accisa* quæ datur α) aut de mercibus, in Saxonia vel venditis, vel eo illatis, vel inde exportatis omnibus, nisi quædam speciatim excipiantur, pro modo sive pretii s. ponderis, & vocatur Landaccise, seu Waarenaccise, aut β) de rebus quæ consumuntur, s. edendo s. bibendo, s. gerendo, & appellatur die Consumtions-Accise vel General-Accise. d) die Personen-Steuer, quam pendunt singuli subditi pro modo muneris vel tituli sui. e) der Mahl-Groschen, i. e. unus vel duo grossi pro quolibet modio frumenti in molendinis moliti, quod tamen tributum nunc in oppidis tantum datur, pagis ejus loco tribus quaternis & tribus de qualibet sexagena denariis impositis. His adde f) eam pecuniam, quæ pro signandis chartis lusoriis æque ac iis, quibus in causis forensibus utimur solvitur, der Impost vom Stempelpappier und Spiel-Charten, item g) decima sexta pars faris ac avenæ uniuscujusque modii, quæ in natura datur de singulis mensis aratro subactis, colligenda ad necessitates publicas, Magazin-Getreyde, eine Metze Korn und Hafer von jeder Hufe. *]

Lib. I. Tit. II. thes. XV. post Not. 14.

[* *Nota* 15. ab oneribus nota 9b. recensitis immunes esse, & quidem von den Land-Pfennig- und Quatember Steuern, quatenus hac posteriores fundis inhærent, item von der Personen-Steuer, Mahlgroschen, Impost von Charten und Stempelpappier, nec non vom Magazin-Getreyde neminem, verum certo modo von den Trankstenern inprimis nobiles, clericos, professores, assessores collegiorum electoralium & præfectos, quorum tamen plerisque loco hujus immunitatis certa pecunia ex ipso hujus reditus fisco quotannis solvitur, item qui in metalli fodinis diurnas operas præstant; von der Fleischsteuer nobiles ac clericos; von der Land-Accise nobiles ratione earum rerum quas emunt in pagis ad cultum prædiorum suorum, zum Saamen, Brödung und Fütterung; ac von der Consumtions-Accise clericos, professores & studiosos, ita, ut duobus prioribus itidem certa pecunia quotannis indemnitatis loco detur. Præter hos fere nulli steurarum publicarum immunitate gaudent. *]

Ib. thes. XVI. lin. 15.

post verb. *atque aucta.*

[* vid. Jac. Henr. Born *de jure stapulæ ac nundin. Lipsiensium.* *]

Ib. p. 62. Not. 2. lin. 4.

post verb. *de fuga suspectum,*

[* h. e. nec debitor, quamvis de fuga sit suspectus, durantibus nundinis, carceri mandari potest *]

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn816544042/phys_0020
DFG

Lib. I. Tit. II. thes. XVI. p. 63. Not. 4. lin. 31.

post verb. Aufkauf:

[* *cf. infra L. III. t. V. §. 4. not. 2.* *]

Ib. Not. 6. lin. ult.

post verb. *Jul.* 1691.

[* apud F. I. L. etiam receptum, ejusmodi censum non posse exigi, nisi hoc jus per præscriptionem acquisitum sit, v. Hommel *Rhapsod. obs.* 97. *]

Ib. thes. XVII. lin. 7.

post verb. *de agric. & cens.*

[Huc pertinet in Sax. El. Ausschreiben was jede Person nach Portion der jährlichen Einnahme nämlich von ihrem im Lande werbenden Vermögen und Verdienst von 100. Rthl. und so weiter jährlich von 1743. zu erlegen hat *d. d. t. Nov.* 1742.] [* quæ pensitatio vocabatur Revenüen-Steuer, postea tamen remissa. *]

Ib. post lin. ult.

[Huc referri debet in Sax El. Ausschreiben über die auf 9. Jahre verwilligte allgemeine Kopfsteuer *d. d.* 13 *Jan.* 1747. item Ausschreiben de eadem capitatione *d. d.* 29. *Dec.* 1749.] [* a. 1747. erat sola capitatio, a. 1749. jungebatur tributum pro cujusque facultatibus Vermögensteuer utraque tamen sublata a. 1749. eique substituta steura personarum, de qua supra, §. 15. not. 9b. diximus. *]

Ib. lin. 15.

post verb. *in libr. censualem, d. l.* 4.

[* liber ejusmodi censualis vocatur etiam Steuer-Anschlag, Steuer-Catastrum, quod conficitur auctoritate publica, & prævia causæ cognitione, ablegatis plerumque ad eam rem Revisoribus steurarum, suntque vel catastra sexagenarum, Schock-Catastra, vel quaternorum, Quatember-Catastra, in illis in Saxonia Elect. solet regulariter fundamenti loco poni catastrum, sive der Steuer-Anschlag de anno 1628. aut quibusdam casibus de a. 1600. neque facile prædium ullis aut pluribus sexagenis onerari, quam illis temporibus ipsi addicta fuisse leguntur, sec. Rescripta de d. 5. Jan, 9. Apr. 731. 26. Febr. & 14. Apr. 734. ac 29 Jan. 739. *]

Ib. thes. XVIII. lin. 7.

post verb. *restringat,*

[* in Sax. Elect. ipsa quidem emigratio legibus prohibita non invenitur, præter eam ab Imperatore d. 7. Jul. 768. contra eos emissam, qui Imperium Rom. Germ. deserunt, at eo severiores pœnæ statutæ in illos, qui aliis, ut e terris Saxonicis emigrent, persuadent, atque auxilium præstant, v. *Mand. d.* 20. *Dec.* 723. & 21. *Aug.* 764. *]

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn816544042/phys_0021
DFG

Lib. I. Tit. II. thes. XVIII. p. 65. lin. 4.

post verb. wird:

[* ille proprie dicitur census emigrationis, hic detractus, ille odiosus, hic non, v. Hommel *Rhapf. obf.* 145. *]

Ib. Not. 1. post lin. ult.

[* Decisione Elect. Sax. de a. 746. cautum, ut, qui jus, gabellum detractus capiendi, pacto vel alio legitime modo non acquisiverit, eam ex sola adversus alium magistratum retorsione petere nequeat. *]

Ib. Not. 2. post lin. ult.

[* it. nobiles, v. Beyer *specim. I. Germ. L.* 1. *c.* 20. §. 5. ac liberi ratione bonorum, quæ a parentibus aut hi a liberis acceperunt, quamvis extra territorium exportent, *jux. Rescript. d. t. Apr.* 721. unde nec de dote debetur, ut resp. F. I. L. m. Apr. 767. v. Hommel *Rhapf. obf.* 445. *]

Ib. post Not. 6.

[* *Nota* 7. in Saxonia: si quis præfecturæ immediate subditus emigret in locum alii præfecturæ etiam immediate subjacentem, eum non solvere censum emigrationis, sed ab emigrante in urbem pagumve nulli præfecturæ immediate subjectum, censum solvendum esse, nisi vendat alioquot tantum immobilia, reliqua retineat, tunc enim, quia quoad hæc manet subditus, non solum immunis est a censu ratione illorum, sed etiam venditis postea his quoque, illum nonnisi secundum horum pretium solvit, sec. Rescriptum Cameræ *d.* 24. *Apr.* 752.

Nota 8. in Saxonia Electoralis, si hereditas ultra C. thaleros æstimata deferatur heredi, extra territorium degenti, magistratum hereditatis ante extraditionem rem ad principem referre debere, sec. *Mand. d. d.* 9. *Febr.* 741. *&* 9. *Jul.* 743. *]

Lib. I. Tit. III. thes. II. post lin. ult.

[* quod in Saxonia Elect. eo minus dubitationis habet, cum in recentiori circa famulos mercenarios lege, in der neuen Gesinde-Ordnung, *d.* 16. *Nov.* 1769. *tit. IV.* §. 2. famuli, qui inobedientia, pertinacia, ac insultatione domini dominæve iram ac indignationem concitaverint, necessitas imposita sit, horum castigationi, corrigendi causa & absque læsione susceptæ se submittere, nulla iis potestate relicta, contra dominos denunciandi, aut satisfactionem privatam petendi. *]

Ib. Not. 3. post lin. ult.

[v. neue Gesindeordn. *d. d.* 16. *Jul.* 1735. *Tit. IV.*]

Ib. thes. III. lin. 4.

post verb. *ingratitudo*

[* liberorum emancipatorum *]

Lib. I.

Lib. I. Tit. III. thes. IV. p. 69. lin. ult.

post verb. *contracta sunt.*

[& hujusmodi clandestina sponsalia Jure Sax. Elector. nullum vim habent. Neque licet jusjurandum de iis deferre, propterea quod, tametsi probentur, tamen nulla forent: quamvis is, cui defertur jusjurandum, confessus sit concubitum: quam in rem cavit *Decis. El. Novissima XXXII. a.* 1746.] [* scilicet ita, ut quamvis quoad clandestina jus antiquam retineatur; tamen super publicis juramentum deferri possit, si aliter probatu difficilia sint, de qua difficultate arbitrari, actori relinquendum videtur, quippe cujus est, deliberare, an confidat, per testimonium eorum, qui sponsalibus interfuere & plerumque parentes vel cognati adversæ partis sunt institutam actionem probatum iri vel minus; unde receptum hodie in Consistoriis, semper, si actor publica sponsalia asserit, juramenti delationem admittere, v. Küstner. *ad Deyling. prud. Pastor. P. III. c.* 6. §. 14. *not. l.* *]

Ib. p. 70. lin. 4.

post verb. *probationem requiri*,

[* magis ad solennitatem & substantiam sponsaliorum testes requiri videntur, in primis in Saxonia El. ob verba *Ord. eccles. tit.* von Ehegelöbn. §. wenn auch. cf. Küstner. *ad Deyling. prud. past. P. III. c.* 6. §. 14. *not.* k. *]

Ib. lin. 17.

post verb. *R.* 127.

[* Alia est sententia Consistorii Lips. ac summi senatus provocationum, scilicet: si alter contrahentium orbus sit, alter patrem matremve habeat, ab illius parte necessarios esse testes, v. Küstner. *l. c.* §. 15. *not. p.* *]

Ib. p. 71. lin. 9.

post verb. *M. Jul.* 1709.

[Sententiam JCtorum, sponsalia clandestina per concubitum convalescere, & in matrimonium transire, statuentium, improbavit in Sax. El. *Decis. Novissima XXXI. a.* 1746. quæ repetiit, denuoque confirmavit *Mandatum Zabeltiz. d.* 16. *Nov.* 1684. quo sponsalia, sine consensu parentum inita, quamvis accesserit vel ἱερολογία, vel concubitus, irrita esse jubentur, rursusque dissolvendum matrimonium, si parentes, re adhuc integra, monuerunt liberos mulieremque ejusque parentes, iisque, se numquam consensuros esse denunciarunt, vel alia sit justa & gravis dissentiendi causa.]

Ib. thes. V. p. 72. lin. 34.

post verb. *in linea inæquali;*

[* Qui jure Sax. prohibiti sint fusius adhuc matrimonium inire, vid. in der Ehe-

Ordnung *de a.* 1624. & in appendice der General-Artikel *de a.* 1557. in Cod. A. T. I. p. 463. *]

Lib. I. Tit. III. thes. V. p. 74. lin. 30.

post verb. *R.* 236.

[* cf. *Rescript. d.* 9. *Jan.* 704. *C. A. T.* I. *p.* 1038. At hodie ejusmodi matrimonium, nisi dispensari, tamen tolerari, si principi lubeat, posse videtur, cum & conjugium cum ipsa uxoris præmortuæ sorore s. mariti fratre interdum tolerari soleat; conf. Hommel *Rhapsi. obs. XCIII.* & Küstner. *ad Deyling. prud. past. P. III. c.* 6. §. 51. *not. y.* *]

Ib. p. 75. lin. 9.

post verb. *Saxonem provocetur.*

[* De his & reliquis Consistoriis, quæ in Saxonia Electorali sunt, quamvis non Electoralia proprie sic dicta, ac diœcesibus unicuique subjectis, v. Küstner *l. c. P.* II. *ad* §. 27. *]

Ib. lin. 19.

post verb. *nupserit,*

[* at jure Sax. El. hoc vetitum, v. General-Artikel *de a.* 1557. §. folget nun von Personen. *]

Ib. Not. 3. post lin. ult.

[* In Sax. El. conjugium inter conprivignos non prohibitum esse, rescripsit Elector Jo. Georgius I. d. 12. Jul. 1641. nullo addito discrimine. *]

Ib. thes. VI. p. 77. lin. 8.

post verb. *C. de nupt.*

[* quamvis de honestate requiratur, in quem modum explicandus der XIII. Gen. Art. *de a.* 1580. *]

Ib. Not. 3. lin. 1.

post verb. *Qui stupratam*

[* inscius *]

Ib. Not. 4. lin. 3.

post verb. *de V. S.*

[& his deficientibus, Avi, vel aviæ.] [* v. Churf. Sächs. Ehe-Ordn. *tit.* von Ehegelöbnissen *]

Ib. Not. 6. lin. 4.

post verb. *confitetur.*

[* In Sax. El. contrarium sancitum reperitur in der Eheordnung *tit.* von Ehegelöbnissen, ubi præter consensum etiam Vorwissen requiritur, quæ etiam nunc sententia est Consist. Lips. *]

Lib. I.

Lib. I. Tit. III. thes. VI. p. 79. lin. 1.

post verb. *& permissive.*

[* Scilicet, si in actu sponsaliorum praesentes sunt, atque haud contradicunt, nam alias ex sola scientia, cum intermissione protestationis conjuncta, non praesumendus tacitus consensus, nisi in eo exemplo, de quo Mandatum Sax. El. Zabeltizianum, ut vocatur, datum *Zabeltizii d.* 16. *Nov.* 628. loquitur, nempe, quando homo adultae aetatis, & emancipatus, cum femina honesta aliquandiu conversatur, sponsaliaque clandestina, non rogatis parentibus suis contrahit, secuta copula carnali, tunc illi parentes, si sciverint filii illicitam conversationem eamque perpessi sint, neque feminam, se non consensuros in matrimonium, comonefecerint, videntur in filii sponsalia tacite consensisse. *]

Ib. Not. 8. lin. 4.

post verb. *integre extat,*

[* illud Zabeltizianum, de quo supra not. 6. quod integre etiam videre est in Cod. Aug. T. I. p. 1034. *]

Ib. lin. 11.

post verb. *Consil. aestivo* 1649.

Sed id mutatum esse *Decis. Noviss. XXXI.* ostensum est §. *IV.*] [* non mutatum, sed confirmatum, v. Bachii *annot. dict.* §. *IV.* cf. Küstner. *ad Deyling. prud. past. P. III. c.* 6. §. 17. *not. u.*

Ib. Not. 10. lin. 4.

post verb. *testes requiruntur,*

[* scilicet in orbo parentibus, *v. supra* §. *IV h. t.* *]

Ib. post Not. 11.

[* Regulariter sponsalia non possunt contrahi inter absentes, verum certus & solennis actus sponsalitius requiritur quo utroque contrahentium praesente, praesentibusque ubi opus, testibus, promissio & repromissio uno actu fiat, ut jud. Sc. L. m. Majo 761. conf. Consist. Isleb. Ita etiam pronunciare solet Consistorium Lips. v. Küstner *ad Deyling. prud. past P. III. c.* 6. §. 15. *not p.* *]

Ib. thes. VII. p. 81. lin. 30.

post verb. consumiren schuldig.

[* sed quando sponso ob furtum perpetua relegatio dictatur, dissolvuntur, v. *Rescr. Elect. d.* 15. *May* 1709. *C. A. T. I. p.* 1039. *]

Ib. lin. 32.

post verb. *de conjug. leprof.*

[* aliumve vehementem, qui durans est, aut saepius redit, quo pertinet lepra, epilepsia, apoplexia. *]

Lib. I. Tit. III. theſ. VII. lin. 32.

poſt verb. *cum alia perſona.*

[* etiamſi ſponſa vi comprimatur, ut jud. F. I. L. m. Jul. 767. v. *Rhapſ. obſ. CCCC.* §. 23. *]

Ib. p. 82. lin. 4.

poſt verb. *repudii cauſa.*

[* ſi ſponſus ipſius ſponſæ pudicitiam ſollicitaverit, & concubitum anticipare tentaverit, ut jud. F. I. L. a. 765. v. Hommel *Rhapſ. obſ. CCCC.* §. 9. 6) ob morbum animi, v. g. dementiam & melancholiam, 7) ob impotentiam generandi, 8) injurias atroces a ſponſo ſponſæ vel ab hac iſti illatas, 9) ætatis diſparitas, vid. ſupra not. 8. no. 2. ad §. 6. ceterum his forte & aliæ cauſæ rarius obvientes addi poſſunt. *]

Ib. Not. 1. lin. 25.

poſt verb. *Hopp. hic.*

[* hodie in Sax. El. res dubio caret ob Dec. non XXXI. a Bachio ſupra ſub finem §. IV. allegatam, cf. *Ord. matrim. tit.* v. Ehegelöbniſſen. *]

Ib. theſ. VIII. lin. 6.

poſt verb. *def.* 172.

[cf. *Diſſ.* Zach. Richteri, V. C. *de lege Julia Miſcella, ejusque uſu hodierno*, me præſide hab. Lipſ. 1753.]

Ib. p. 84. lin. 16.

poſt verb. *qui dux, in matrim.*

[* hodie ex ſententia Conſiſtoriorum ſimpliciter prohibetur, vid. Küſtner *l. c. c.* 7. §. 11. quemadmodum etiam Conſiſtorium Lipſ. ao. 765. judicare memini. *]

Ib. lin. 19.

poſt verb. *quemadmodum ſupra*

[* h. t. §. 5. ſub fin. *]

Ib. lin. 21.

poſt verb. *deſponſat.*

[Quod ſi quis proclamationi publicæ, intetpoſita adpellatione, interceſſerit, *Deciſ. noviſſ. XXIII. a.* 1746. cautum eſt, ut poſt primam proclamationem interpoſita adpellatione, altera & tertia peragantur, interim autem apoſtoli dentur, & nuptiarum celebritas, benedictioque ſacerdotalis tam diu ſuſtineatur, donec rejecta adpellatio: ſin autem ante primam proclamationem interpoſita adpellatio, proclamatio ſuſtinenda, & uti in *O. P. S. N. Tit. XXXV.* §. 7. conſtitutum, obſervandum.]

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn816544042/phys_0026
DFG

Lib. I. Tit. III. thes. VIII. lin. 26.

post verb. *ut supra*

[* L. 1. t. II. §. 2. *]

Ib. lin. 32.

post verb. die Kirchen-Busse,

[* quæ in Sax. El. per Rescript. d. 14. Jan. 765. abrogata *]

Ib. p. 85. lin. 4.

post verb. *sol. matrim.*

[item damni ab uxore facti restitutio, & multæ, propter delictum irrogatæ, solutio ex bonis, in quibus usumfructum habet, facienda. *Decis. Novis. XXXVI. a.* 1746.]

Ib. lin. 8.

post verb. *Consil. æstiv.* 1708.

[* ex eodem sequitur, si uxor ob delictum sit in inquisitione, maritum teneri non solum ad alendam eam in carcere, sed etiam ad ferendas defensionis expensas, non tamen ipsius inquisitionis, id, quod jure Sax. certi juris per dict. decis. XXXVI. de a. 1746. idemque jure communi obtinere, decrevit F. I. L. m. Febr. 769. cons. Senatu Goslariensi *]

Ib. Not. 2. lin. 7.

post verb. *dixi infra lib.* 2.

[* t. II. th. XLV. not. 11 *]

Ib. Not. 6. lin. 3.

post verb. *quæst.* 4.

[* item diebus jovis, veneris & saturni, sic Rescr. El. Sax. d. 23. Mart. 1714., nempe tunc, quando nuptiæ pluribus diebus celebrantur, ita ut inter extremos, dies dominicus incidat. *]

Ib. Not. 7. post lin. ult.

[* In Consistorio Lips. solebat ante abrogationem pœnitentiæ, si commutaretur in multam, plerumque hujus pars dimidia ecclesiæ, ubi rei peccaverant, altera consistorii ærario addici. *]

Ib. Not. 10.

post verb. *præstare debet*,

[* uti jud. F. I. L. m. Mart. 763. cons. senatu Isleb. *]

Ib. thes. IX. p. 88. lin. 19.

post verb. zu scheiden.

[In Saxon. Elect. rem omnem extra dubitationem posuit, *Decis. Novis. XXXIV. a.* 1746. cautumque, ut adulterii etiam non perfecti, sed attentati tantum causa, si confite-

si confiteatur reus, petente altero conjuge, sententia de divortio feratur] [* quod porrectum est ad crimen Sodomiæ attentatum, reo confitente, Rescripto ad dicasteria dato d. 5. Sept. 1761. *]

Lib. I. Tit. I. thes. IX. p. 89. lin. 1.

post verb. *maritum tenetur:*

[* contrarium obtinet in Consist. Lips. ob vires rei judicatæ, v. D. Küstner *ad Deyling. prud. past. P. III. c.* 7. §. 33. *not.* 9. *]

Ib. Not. 3.

post verb. Darüber.

[quæ in Sax. Elect. etiamsi sub conditione facta sit, tamen pro pura haberi jussa est *Decis. Noviss. XXXIX. a.* 1746.]

Ib. thes. X. p. 90. lin. 10.

post verb. §. *ult. de jure dot.*

[* vi hujus administrationis potest debitor uxoris marito solvere, cum effectu liberationis, salva uxori potestate, ea suo tempore a marito inter illata repetendi, ita jud. F. I. L. m. Nov. 763. conf. judicc. z. Geilsdorf, aliasque sæpius. *]

Ib. p. 90. lin. 15.

post verb. *ab uxore probanda.*

[* Uxor, nisi de receptitiis paciscatur, omnis bona sua marito inferre cogitur, aut potius ipsi facto per matrimonium, aut acquisitionem infert, sic jud. F. I. L. m. Aug. 763. conf. Curia Guelpherbytana *]

Ib. Not. 2. lin. ult.

post verb. *qui tamen interdum*

[* nempe, quando liberi in immobilibus legitimam non habent *]

Ib. post Not. 2.

[* *Nota* 2b. uxorem adulteram dotem non repetere, *Nov.* 117. *c.* 8. §. 2. *Nov.* 22. *c.* 15. §. 2. *in fin.* & in universum, quando matrimonium culpa mulieris dissolvitur; *l.* 38. *D. solut. matrim. l.* 5. *C de repud.* igitur etiam malitiosa desertrix dotem perdit, hic enim verum adest delictum, nam præsumtum, v. g. quando maritus adversus uxorem ob urgentissimas adulterii suspiciones ad divortium agit, hanc vim non habere, jud. F. I. L. ao. 769. conf. præs. Glauchensi. Paraphernalia jure quidem civili non perdit at Saxonico, *Const. El. XXI. P. IV.* Carpz. *pr. rer. crim. qu.* 64. *no.* 19. *sq.* & 28. *sq.* ut & eodem jure dotalitium geradam, sponsalitiam largitatem, & cibaria, omniaque ea, quæ alias mortuo marito acceptura fuisset; tandem donationem propter nuptias utroque jure *amittit. Nov.* 117. *c.* 8. Carpz. *l. c. no.* 31. *sq.* *]

Lib. I.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn816544042/phys_0028
DFG

Lib. I. Tit. III. thes. X. Not. 5.

post verb. *Consil. æstiv.* 1711.

[Aliter tamen in Sax. El. cautum est *Decis. Nov. XXIX. a.* 1746. ut, si pater nullam dotem promiserit, nuptiis perfectis, neque filia neque ejus maritus dotem petere possint.]

Ib. post Not. 13.

[Dotationem tamen tam adultero, quam ei, qui commisit incestum, injungi vetat *Decis. Nov. XXX. d. a.* 1746.]

[* *Nota* 13b. Nec stuprata ab eo, qui gradu prohibito cognatione jungitur, dotem petere potest, per dict. Dec. XXX. *]

Ib. post Not. 19.

[quæ tamen jure Elect. Sax. cessat, quippe abrogata tacita hypotheca mariti in bonis ejus, qui dotem promisit, per *O. P. S. R. Tit. XLV.* §. 4. neque restituta per *Mandat. d. a.* 1743. quod multas tacitas hypothecas reduxit.] [* hæc b. Bachii opinio dubia mihi videtur, quoniam dict. Mand. omnes omnino hypothecæ tacitæ, sola legatorum & fideicommissorum excepta, restitutæ sunt. *]

Ib. Not. 23. lin. 5.

post verb. *C. de jure dot.*

[* quod diserte cautum O. P. Sax. t. XLV. §. 12. & C. 33. P. III. *]

Ib. Not. 25. p. 97. lin. 1.

post verb. *quemadmodum dixi*,

[* not. 2. hac. th. *]

Ib. thes. XI. lin. 5.

post verb. *probari queant.*

[* non obstante Const. El. 43. P. II. quippe quæ testes non de necessitate requirit. *]

Ib. p. 98. lin. 15.

post verb. *Differt.* 8. *c.* 13. §. 7. 8.

[* æque F. I. L. vocem erben vel succediren in pactis dotalibus adhibitam, non statim vim ultimæ voluntatis habere, jud. apud Hommel. *Rhapsod. obs.* 203. *]

Ibidem

post verb. Stryck. *cit. c.* 5. *ib.* 29. 30. *&* 31.

[Hodie jure Sax. Elector. pacta dotalia & successoria testamenti factionem, aliamve ultimam voluntatem & mortis causa donationem illa quidem impediunt: sed non efficiunt tamen, ne unus paciscentium vivus inter vivos de re bonisve suis statuere, bona etiam immobilia obligare, aut alienare possit, nisi diserte nominatimque

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn816544042/phys_0029
DFG

huic juri renunciarit; propterea quod ea pacta de bonis, quæ post mortem adhuc superſunt, haud dubiæ agunt. Ita conſtitutum *Deciſ. Noviſſ. XIII. d. a.* 1746.] [* Hæc de pactis dotalibus, in quibus conjux conjugi omnia ſua bona relinquenda curat. Aſt ſi certa tantum portio ipſi abſignatur, ſalva illi ſunt præter hanc etiam ea, quæ ipſi alias ex jure, vel ſtatuto ab inteſtato debentur. Sic jud. F. I. L. in marito, cui ex pactis dotalibus in caſum mortis 2000. thaleri debeantur. Mortua uxore ab inteſtato, tota reliqua hereditas mobiliaris ipſi dijudicata eſt, m. Oct. 764. conſ. *H. z. Dresden.* *]

Lib. I. Tit. III. theſ. XI. Not. 1. lin. 3.

poſt verb. *non poſſe revocari.*

[* Hæc plane contraria putes iis, quæ Auctor in ipſa §. XI. ad 2) dixerat, inprimis ſi conſulas Stryckium laudato loco, ubi libertatem, pacta dotalitia in vim ultimæ voluntatis facta, revocandi, ſine ulla diſtinctione commendat. Sed ut Auctor ſibi conſtet, attende, cum hic tantum de pactis dotalibus, ultimæ voluntatis cauſa ante ſponſalia celebratis, loqui, quamvis fateor, hanc ſingularem ejus eſſe opinionem. *]

Ibidem

poſt verb. *quemadmodum ſupra*

[* hac th. XI. *]

Ib. Not. 2. lin. 1.

poſt verb. *curatoris conſenſum,*

[* F. I. L. curatorem deſiderat, ut reſp. m. Apr. 770. conſ. B. z. Leipzig, cf. Hommel. *Rhapſ. obſ.* 25. *]

Ib. Not. 4. lin. 1.

poſt verb. *in dubio ſimplicia,*

[* ſimplicia vocantur, a juris interpretibus, quæ per modum contractus, mixta, quæ per modum ultimæ voluntatis fiunt, quod forte Auctor antea voluerat, cf. Stryck. *de ſucc. ab inteſt. diſſ. VIII. c.* 5. §. 3. *]

Ib. Not. 5.

poſt verb. *M. Dec.* 1694.

[* cf. jud. F. I. L. m. Jan. 764. conſ. prætore *z. Pirna* *]

Ib. theſ. XII. lin. 3.

poſt verb. *recipiendæ dotis.*

[* hodie, moribus Germanorum non amplius ſolum in dotis ſecuritatem conſtitui videtur, ſed uxor dominium conſequitur, Stryck. *uſ. mod. L. XXIII. t.* 3. §. 18. & marito bonis lapſo ſimul cum dote petit, *O. P. S. T. XLIII.* §. 3. quod & moriente eo fieri poſſe, jud. F. I. L. a. 766. apud Hommel, *Rhapſ. obſ.* 257. *]

Lib. I.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn816544042/phys_0030
DFG

Lib. I. Tit. III. p. 100. lin. 9.

post verb. *inprimis th.* 55. 62.

[Jure Sax. El. quoniam mariti sæpe in fraudem creditorum suorum erga uxores nimium liberales sunt, mulieri, in donat. propter nuptias de lucro captando certanti, nullum est privilegium, sed jus tantum personale cum chirographariis *O. P. S. T. XLIII.* §. 3. nisi specialem hypothecam constitui sibi curaverit *d.* §. *O. P. S. & Detis. El. LXXII.*]

Ib. 7.) lin. 5.

post verb. *hæreditate sit præstanda.*

[* hæc tantum intellige, præmoriente marito: de eo vero, si uxor præmoriatur, v. mox. not. 7. *]

Ib. Not. 2. post lin. ult.

[* nempe, promissa tempore matrimonii dote, non, eadem haud promissa; Dec. El. 55, illoque casu simul usuræ moræ offerendæ sunt. *]

Ib. Not. 3 post lin. ult.

[* neque adeo, si stuprum passa sit, Landr. *Lib.* I. *art.* 5. *]

Ib. Not. 6. lin. 11.

post verb. mannbaren Jahren.

[* in simili fere casu, cum verba essent: eher nicht als bis sie sich verheyrathet, resp. F. I. L. ao. 1769. pecuniam, neque ætate ad nubendum apta, neque, haud secutis nuptiis, per totam vitam, attamen post mortem ab herede peti posse, ap. Hommel. *Supplem. rhapf. obf.* 510. *]

Ib. thes. XIII. post Not. 5.

[* quanquam hac Dec. 49. tantum liberi post publica sponsalia, non post clandestina, editi, non secuta benedictione sacerdotali, legitimi, ac successionis allodialis capaces declarantur, nihilominus tamen, legitimatos per subsequens matrimonium etiam in Saxonia successionis feudalis capaces esse, resp. F. I. L. m. Jul. 768. apud Hommel. *Rhapf.* 474. non obstante Ord. Pol. de a. 1543. ob constitutionem aliquam ineditam. *]

Ib. thes. XIV. Not. 2. lin. 1.

post verb. *æque perfecta*

[* quam & plenam, adoptionem vero filiifamilias extranei minus plenam vocare solent *]

Ib. Not. 7. lin. 1.

post verb, *receptum præsumi*,

[* nam jure civili & canonico plane incognitum *]

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn816544042/phys_0031
DFG

Lib. I. Tit. III. thes. XIV. Not. 9. lin. 3.

post verb. *voluntate revocare.*

[* unde per unionem prolium testamenti factionem impediri, resp. F. I. L. m. Mart. 769. cons. abbate Monasterienſi, ap. Hommel. *Rhapſ. obſ.* 500. *]

Ib. thes. XV. lin. 21.

post verb. *de quo infra.*

[* L. II. t. 2. §. 33. *]

Ib. lin. 25.

post verb. *vel alien. jur.*

[* hinc licet filio causas in foro orare, in quo pater judex sedet, ut sæpius jud. F. I. L. *]

Ib. post Not. 5.

[De liberis naturalibus & spuriis alendis jure Sax Elect. per *Decis. Noviss. XXVIII. a.* 1746. aliter constitutum est: ut nempe, patre vel deficiente, vel egente, primum mater, hac vel mortua vel egente, avus aviave materni, his denique vel defunctis vel egentibus, avus paternus, & avia paterna, spurios & illegitimos alere tenerentur.]

Ib. post. Not. 8.

[De præstatione multæ propter delictum liberis irrogatæ, vel reparatione damni, a liberis facti, quid in Saxon. Elect. tenendum v. *Decis. Noviss. XXXVI. a.* 1746.]

[* scil. damnum cum multa item, quæ judex in inquirendo erogare opus habet patrem, ex peculio liberorum, ipsaque ejus substantia, non de usufructu, solvere, verum a reliquis impensis liberari, nisi vel ad defendendum vel alimentandum reum pertineant, quas adeo ipse in subsidium præstare tenetur. *]

Ib. post Not. 10.

[* Sed mater alimenta filio præstans, nisi de repetendo protestata sit, reposcere nequit, *l.* 34. *D. de negot. gest. l.* 11. *C. eod.* quod tamen intelligendum, si repetit a filio, etenim a patre, v. g. stupratore, semper repetit. Nec avus præstans nepoti alimenta, vivo adhuc patre, huic ea donasse censetur, sed reposcit a patre, ut jud. F. I. L. m. Apr. 769. cons. præs. Glauchavienſi. *]

Ib. thes. XVI. p. 113. lin. 8.

post verb. *vel Saxonica,*

[* Landr. L. I. art. 11. 13. 45. *]

Ib. lin. 22.

post verb. Hofm. zu Wittenb. *M. Nov.* 1708.

[* non minus F. I. L. famulos mercenarios a patria potestate haud liberari, putat, indeque sæpe judicavit, ejusmodi famulos vel famulas, qui operas suas absque patriæ

auctoritate

auctoritate locant, hoc contradicente, non posse adigi ad contractum implendum, quod tamen intellige tantum, si pater facile interrogari super consensu possit, nam quando patris domicilium longe abest, aut emittendo liberos e domo iis universalem ipsis potestatem, operas suas, cuicunque videatur, locandi dederit, vix patris consensu in qualibet locatione opus esse videtur. *]

Lib. I. Tit. III. thes. XVI. p. 114. lin. 30.

post verb. *Comp. 2. R.* 287.

[at per *Decis. noviss. XIV. a.* 1746. valent hi contractus, modo liberi sint majorennes; in reliquis consensus curatoris & magistratus decretum requiritur.] [* itaque hodie ejusmodi contractu a patre cum liberis majorennibus celebrato, hi eo ipso emancipati videntur, s. quod idem est, talis contractus pro specie tacitæ emancipationis habetur, si etenim intelligendam esse hanc Dec. XIV. F. I. L. m. Maj. 769. resp. conf. *L. z. Sorau.* *]

Lib. I. Tit. IV. thes. II. p. 117. lin. 13.

post verb. *Usu hod.*

[in quo tamen alii dissentiunt. *Res. Grav. d. a.* 1609. *gr.* 8.] [* hic & *Res. Gr. de a.* 1609. *f.* 1612. *tit.* von Justit. *S. §.* 8. allegatus locus sententiam Auctoris confirmat, non debilitat. *]

Ib. lin. 19.

post verb. *c. l.* 14. *§.* 1.

[* qualis videtur tutor feudalis, matri tutrici adjunctus, de quo *v. mox* §. 3. *sub litt.* β) *]

Ib. p. 118. lin. 18.

post verb. *l. 6. C. de testam. tut.*

[Cum Hoppio tamen etiam alii faciunt v. c. Wernh. *V.* 4. *P. V. Obs.* 113.]

Ib. thes. III. lin. 10.

post verb. sämtlich.

[quod *O. P. S. R. T. IX.* §. 2. interpretatur ita, si *in solidum* constituti sunt; cum contra singuli separatim possint in judicio agere, si vel *divisis officiis*, vel ad *certas causas* constituti *sunt*. Ceterum omnibus tutoribus vel curatoribus, permissum est, omnes actus speciale mandatum requirentes, nomine pupillorum vel minorum, etiam ipsis non adhibitis, perficere, actorem constituere, minorenniumque, quamvis majorennitati proximorum, subscriptio non exigitur: cujusmodi tamen actorium, mortuo tutore, aut alias finita tutela vel cura, vim suam perdit *d. t.* §. 3. Quod si vero mulier diversos habeat curatores, eosdemque in eodem Curatorio datos constitutosque, ii cum ea in judicio sistere, aut actorem constituere debent;

sin vero non in eodem judicio, aut non eodem tempore, aut singuli separatim, confirmati sunt, etiam singuli ejus nomine in judicio sistere, & cum ea actorem constituere, possunt. *O. P. S R. T. VIII.* §. 2.]

Lib. I. Tit. IV. thes. III. p. 120. lin. 12.

post verb. *Nov.* 94. *c.* 1.

[* *Dec. El.* 34. *pr.* *]

Ib. p. 121. lin. 5.

post verb. *qui test. tut. pr.*

[* *cf. c.* 16. *X. de Judæis.* *]

Ib. lin. 11.

post verb. *Lauterbach. p.* 559.

[* cf. *d. Nov.* 72. *c.* 4. *& auth. Minoris, C. qui dar. tut.* *]

Ib. Not. 4. lin. ult.

post verb. *curator, petit,*

[* at hoc facere tenentur, quamvis nomen notorium sit, *d. dec.* 34. *]

Ib. thes. IV. lin. 6.

post verb. Weichbild. *art.* 49.

[* *Resol. Grav. de a.* 1612. §. 8. *]

Ib. lin. 10.

post verb. Schilt. *th.* 59.

[* jure tamen statutario Lipsiensi in tutela dativa præfertur avus paternus matri per Ordin. tutelarem Lipsi. a Principe confirmatam, §. 2. *]

Ib. p. 123. lin. 27.

post verb. Von den Minderjährigen.

[* nihil ibi de pœna in ipsos magistratus. sub Recessu imp. de a. 1548. intellige hic Reform. polit. ubi v. §. 32. præterea magistratibus necessitas tutorum pupillis dandorum imposita *Dec. El.* 41. *& Res. Grav. de a.* 1612. §. 6. *]

Ib. p. 124. Not. 2. lin. 16.

post verb. *ut tutor legitimus.*

[* cf. infra *L. II. t.* 2. §. 33. *not.* 6. *]

Ib. lin. 20.

post verb. *legitimam quidem.*

[* unde nec cogitur, mortua uxore, liberis tutorem dare, quæ constans est F. I. L. opinio, unde per exceptionem a regula ex statuto & Ordinatione tutelari Lipsi. viduus, post mortem uxoris, inprimis vero ante secundas nuptias cum liberis minorennibus de materna hereditate paciscí debeat. *]

Lib. I.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn816544042/phys_0034
DFG

Lib. I. Tit. IV. thes. IV. Not. 5. lin. 2.

post verb. *de legit. hered.*

[Carpz. *Decis.* 286.]

Ib. thes. V. Not. 3. lin. 2.

post verb. *Elect. D. F. p.* 254.

[* quam sententiam & hodie servat F. I. L. sic jud. m. Febr. 770. cons. jud. §. Ostrau cf. infra §. 7. *h. t. not.* 5. unde ante completam pupillæ ætatem neque tutor marito bona tradere tenetur, v. Hommel. *Rhapf. obs.* 171. neque a tutela liberatur. at statuto Lipsiensi tenetur ac liberatur, prævia nuptarum, cum marito quittantia ix. *Ord. tutel. ejus verbis* §. 30. Verum quoniam de jure minor solutionem sibi factam, absque curatore ætatis confiteri nequit, solet ei ad hanc quittantiam non solum specialis curator dari, sed etiam ipsa ad eam juramento confirmandam, si XVIII. annum implevit, adigi, in quam rem sæpe jud. Sc. L. *]

Ib. thes. VI. lin. 16.

post verb. *sive absenti,*

[* sive præsenti, moto concursu, *]

Ib. Not. 3. lin. 5.

post verb. *sine discrimine causæ.*

[* cf. *Mand. Reg. d.* 18. *Nov.* 722. ad explicandam dictam Const. 15. promulgatam, quo repetitur venia mulieribus innuptis data de quolibet contractu ineundo super rebus suis mobilibus absque curatore; cum contra omnia, quæ nuptæ peragunt, sine mariti, & si ipsis alius adhuc est curator, etiam sine hujus auctoritate ipso jure nulla declarentur; non sublata tamen per hanc legem actione de in rem verso, vid. *Mand. Reg. d.* 1. *Jul.* 1723. *]

Ib. lin. 19.

post verb. *curatoris est necessarius.*

[* geradam femina soluta non potest absque curatore alienare, *dict. Mand. de a.* 1722. quia est res immobilis, sensu juris talis, quippe quales omnes universitates esse intelliguntur incrementi & decrementi capaces, v. c. hereditas, grex, apotheca, inventarium &c. ex sententia F. I. L. unde in vendendis ejusmodi universitatibus curatore opus esse videtur, quamvis hoc in bibliotheca vendita F. I. Vit. & Sc. Vit. a. 1769. & 1770. cons. præf. Lipf. negaverit. Ceterum secundum idem Mand. quæ maritatæ sine marito suscipiunt, ne quidem, mortuis iis, valorem accipiunt, nisi ea, viduæ factæ, denuo agnoverint. *]

Lib. I.

Lib. I. Tit. IV. thes. VI. p. 128. lin. 2.

post verb. *proc. execut. th.* 18.

[* e contrario consensum curatoris, in futurum demum negotium mulieris datum, supervacuum habuerunt Sc. L. m. Sept. 1760. cons. jud. pagi Delizienſis *]

Ib. lin. 3.

post verb. *ut supra*

[* *t. III.* §. 10. *not.* 21. *]

Ib. lin. ult.

post verb. *non requirunt.*

[v. *O. P. S. R. Tit. VIII. &* Beylag. *n. XII. XIII.*]

Ibidem

post verb. *Confer. infra lib.* 4.

[* *t.* 12. §. 1. *not.* 11, *seq.* *]

Ib. Not. 4. lin. 12,

post verb, *mobilium judicatur*,

[* donatio rerum mobilium innuptis diserte permittitur *d. Mand. de a.* 1722. sed nec ab his immobilia, nec utraque a maritatis donari posse videatur, ob generalia ei. Mand. verba; auch andere Handlungen ipso jure ungültig erklären. *]

Ib. post lin. ult.

[* *bona receptitia*, quæ si mobilia sunt, uxor absque marito curatoreve, si immobilia, absque curatore recte alienat, *v. dict. Mand.* *]

Nota 4b. uxorem sine consensu mariti alium adhuc curatorem sibi petere non posse. Contraria quidem sententia aliquando Curiæ Lipsi. & F. I. L. placebat, quia nullum in eo sit præjudicium mariti, quippe cujus legitima cura, & reliqua privilegia maneant, sed utrumque collegium post mutavit sententiam. cf. Hommel. *Rhapf. obs.* 266. *]

Ib. post Not. 6.

Nota 6b. quoniam omnibus feminis dispositio de immobilibus interdicta est, exinde sequi, neque innuptam posse rem immobilem sine curatore locare, vel conducere, ut jud. F. I. L. ap. Hommel. *Rhapf. obs.* 17. *]

Ib. Not. 7. lin. 5.

post verb *E. D. F. p.* 246. *seq.*

[vid. tam. *O. P. S. R. Tit. VIII.* §. 3.] [* ubi nonnisi feminis in causis matrimonialibus ac mercatribus in causa mercantili in tentamine concordiæ absque curatore comparere permissum. reliquæ omnes sine eo in judicio nihil agunt, quamvis in commodum earum vergat. quod tamen ultra actus judiciales non extendendum videtur. *]

Lib. I.

Lib. I. Tit. IV. thes. VI. post lin. ult.

[* conf. supra t. III. §. 11. not. 2. *]

Ib. Not. 8.

post verb. *teneri*,

[* nisi ob dolum, ut jud. F. I. L. m. Oct. 764. conf. jud. z. Lichtenianna & m. Jul. 769. præs. Zwickav. *]

Ib. post lin. ult.

[* cf. *Ord. tutel. Lipf.* §. 25. *]

Ib. Not. 9. lin. 3.

post verb. *Decis.* 59.

[* Actuarius in genere, delegatus, a judice ad domum mulieris, ut contractui ejus interfit, num eidem ad hanc causam curatorem dare possit? ambigitur. aff. Sc. L. m. Sept. 1760. conf. C. R. S. z. Zwenitz, sed cum res in litem deduceretur, neg. Curia Lipf. *]

Ib. lin. 6.

post verb. *quemadmodum supra*

[* *h.* §. *not.* 3. item *L.* 1. *t. I.* §. 12. *]

Ib. post Not. 9.

[* *Nota* 9b. In iis locis, ubi curatorum consensus ad validitatem negotiorum requiritur, feminas, quamvis absque iis contrahant, tamen tum conveniri posse, quando dolose agunt. Sic jud. F. I. L. m. Majo 763. conf. senatu Lubecensi. *]

Ib. Not. 11. lin. 2.

post verb. Carpz. 3. 15. 56.

[* ita resp. F. I. L. m. Nov. 769. conf. L. z. Cöthen aliasque sæpius, quo loco notandum, ad hereditatem ejusmodi absentis consequendam, ex sententia Sc. L. requiri convocationem proximorum cognatorum per edictales, quemadmodum sæpius, & inprimis m. Apr. 1762. conf. judice z. Wolckenburg, judicarunt, ast F. I. L. has supervacaneas putat, & cognato vel agnato primum venienti, satisque legitimato, si proximior sponte non adsit, hereditatem adjudicat, ex causa, quia hereditatis petitio ac rei vindicatio perpetua est, adeoque proximiori heredi jus suum nec per edictales adimi potest, ut jud. m. Maj. 1768. præfecto Dresd. *]

Ib. Not. 14. lin. 5.

post verb. *promereatur*.

[* hodie vix dubitatur, etiam absentem tacita hypotheca in bonis curatoris gaudere, quod inprimis ex eo patet, quod cum O. P. S. Rec. ad tit. XLV. §. 1. omnia pignora tacita extirpare vellet, *absentium* hypothecam expresse nominavit, unde cum

Mandato regio d. 24. Sept. 1734. omnia tacita pignora, solo legatorum ac fideicommissorum excepto, restituta sint, etiam absentibus hodie vix denegari nequit, & sic quotidie in F. I. L. judicatur. cf. Hommel. *Rhapsod. obs.* 39. *]

Lib. I. Tit. IV. thes. VI. Not. 16. post lin. ult.

[* cf. infra *L. IV. t.* 31. §. 1. *post not.* 3. *]

Ib. thes. VII. Not. 5. post lin. ult.

[* cf. supra *h. t.* §. 5. *not.* 3. *]

Ib. thes. VIII. p. 134. lin. 13.

post verb. *Decis.* 34.

[quod hodie tamen magistratus arbitrio permittitur, utrum excusationem admittere, an vero, dato ad litem curatore, eum tutelæ adstringere velit *Decis. El.* 35. prudentis tamen judicis esse, ob controversiæ gravitatem eum non facile admittere, censet Carpzov. *Resp. L. V. resp.* 90. *n.* 11. *sq*]

Ib. lin. 33.

post verb. *tut. l.* 15. *de excusat.*

[* cf. *Res. grav. de a.* 1612. §. 8. *]

Ib. Not. 1. lin. ult.

post verb. *quemadmodum supra*

[* *h. t.* §. 7. *ad IV.* *]

Ib. thes. IX. lin. 9.

post verb. *de administr. tut.*

[quæ in Saxon. Elect. quanquam *O. P. S. R. Tit. XLV.* §. 1. abrogata est, reducta tamen per *Mandatum d. a.* 1734. cum aliis hypothecis tacitis, quibusdam tantum exceptis.]

Ib. post Not. 5.

[* *t. XIX.* §. 2. *not.* 4. *]

Ib. post Not. 8.

[* quod nunc diserte sancitum *O. P. S. R. t.* 1. §. 13. *]

Ib. thes. X. lin. 4.

post verb. *quemadmodum supra*

[* *h. t.* §. 2. *cum not.* 2. *&* 3. *]

Ib. lin. 17.

post verb. *O. P. tit.* 9. *pr.* §. 1.

[* scilicet, si tutores in solidum constituti, aliter, si divisis officiis, v. *O. P. S. R. ad d. t.* §. 2. *]

Lib. I.

Lib. I. Tit. IV. thes. X. Not. 2. lin. 4.

post verb. *Resol. Lauterb. p.* 569.

[eam specificationem tamen sufficere respondit *F. I. L. Mens. Jun.* 1717. eaque etiam a matre tutrice exigitur *a. Decis. El.* 21. Carpzov. *P.* 2. *c.* 11. *d.* 16. neque a magistratu vel tutore differri aut remitti potest, ut resp. *F. I. L. Mens. Nov.* 1708.]

Ib. lin. 10.

post verb. von Justizien-Sachen.

[* quod tamen processus summarii genus nunc abolitum per *O. P. S. R. in appendice* §. 1.

Ib. Not. 9. lin. 2.

post verb. *l.* 7. §. 3. *l.* 15. *h.*

[ab initio administrationis post 6. menses *l.* 15. *D. de adm. & peric. tut.* administratione semel suscepta, post duos menses *l.* 1. §. 3. *d. N. LXXII. c.* 6. itaque resp. *F. I. L. mens. Majo* 1718.]

Ib. lin. 6.

post verb. *l.* 13. §. 1. *h. t.*

[Carpz. *P. I. c.* 11. *d.* 23.]

Ib. Not. 11. lin. 11.

post verb. *sublatum esse.*

[* ex sententia F. I. L. tutor, pecuniam pupillarem in usus proprios convertens, non tenetur ultra usuras hodie legitimas, s. sandübliche h. e. quinque loco centum. *]

Ib. Not. 12. lin. 2.

post verb. *l.* 7. *C. arbitr. tut.*

[* culpam levem in concreto præstare debere, jud. F. I. L. m. Mart. 770. conf. Regimine Vinarienſi, & tutori juramentum injunctum: daß er dafür ſo gut, als wenn es das ſeinige, beſorgt geweſen. *]

Ib. lin. 11.

post verb. *Consil. hybern.* 1645.

[* at, quando tutor nomen bonorum nummorum elocatum, mutata moneta, in viliori, quamvis solutionis tempore usitata, recipit, tenetur, ut sæpe jud. F. I. L. quamvis relicta pupillo potestate, ipsum debitorem conveniendi. *]

Ib. post Not. 12.

[* neque necessarium est, ut sub cautione hypothecaria collocet, modo alias debitor idoneus sit, ut sæpe jud. F. I. L.

Nota 12b. Juxt. Ord. tutelarem Lipsiensem, si tutor de pecunia pupillari fœ-

nori danda judicium tutelare consuluit, pupillum majorem factum teneri, nomen sic contractum approbare, nisi velit latam tutoris culpam in elocanda exigendaque pecunia culpam probare; qua probata, tutor ipsi, nominis loco, paratam pecuniam solvit, at sortem tantum, usuræ enim huc usque perceptæ ipsi cedunt. Idem juris, demonstrata lata culpa in exigendis nominibus paternis, aut iis, quæ tutoris antecessor contraxit. At, elocata, absque judicis consensu pecunia, tutor pupillo & sortem & usuras præstat, ab his tamen iterum se liberare potest, si ipse diligentiam in concreto adhibitam ostendere queat. Si ex pluribus nominibus a tutore contractis, alia bona sunt, alia dubia, pupillus aut singula approbare, aut loco omnium paratam pecuniam absque usuris accipere. *]

Lib. I. Tit. IV. thes. X. post Not. 14.

[Carpzov. *P. II. c.* 11. *d.* 45.]

Ib. Not. 15. lin. 17.

post verb. *versam esse*, *c. l.* 3.

[cujus probationis causa tutores vel curatores creditoribus adsistere jubentur.]

Ib. post lin. ult.

[Discrimen autem illud directæ & utilis actionis usum habet, & ad explorandum jus agendi, & opposita exceptione non competentis actionis.]

Ib. thes. XI. p. 143. lin. 11.

post verb. *vide supra.*

[* *h. t.* §. 6. *act.* 3. *]

Ib. lin. 31.

post verb. *conferit curator.*

[* neque restitutione in integrum gaudet, v. I. H. Bœhmer *diss. de rest. in int. contr. sponsal. min. in Exerc. ad Pand. To. II.* *]

Ib. lin. 33.

post verb. *cognitiæ causæ.*

[qua instruitur Judex de fortunis & facultatibus pupilli: adeoque propinquos &c. explorare potest, rationum & inventarii editionem postulare, immo etiam Advocatum pupillo dare, qui doceat Judicem, an consentire venditioni, obligationive vel totius, vel partis consultum sit.]

Ib. p. 144. lin. 10.

post verb. *Decretum magistratus*

[* pro quo sola contractus emtionis confirmatio non habetur, sic jud. F. I. L. m. Oct. 1768. cons. præs. Isenacensi *]

Lib. I.

Lib. I. Tit. IV. thes. XI. p. 145. lin. 8.

post verb. *vel viginti annorum*,

[* prout major factus vel præsens vel absens est *]

Ib. p. 146. post Not. 4.

[* eam non necessariam esse tum, cum bona minorum prævio judicis decreto alienantur, constans est in F. I. L. opinio & ita resp. m. Oct. 762. cons. L. S. §. Dschag. *]

Ib. post Not. 6.

[Dissentiunt alii: atque in contrariam sententiam resp. *F. I. L. M. Nov.* 1703. & *M. Martio* 1706.]

Ib. thes. XIII. lin. 23.

post verb. *qui ante apert. tabb.*

[*Decis. El. Sax.* 57. Carpzov. *P. III. c.* 14. *d.* 23. Coler. *Decis.* 68. *n.* 14.]

Ib. Not. 2. p. 149. lin. 13.

post verb. zu Naumburg, *M. Nov.* 1705.

[* vi contrariorum officialis, ob accusationem Principe suspensus ab officio, absque ejus auctoritate post absolutionem restitui nequit, adeoque nec per sententiam, ut rescripsit Elector Sax. dicasteriis suis, d. 23. Maj. 1731. *]

Lib. II. Tit. I. thes. II. lin. 25.

post verb. *Nov.* 67. *c.* 4.

[quo omisso ecclesiæ est rei alienatæ vindicatio, resp. *F. I. L. Mens. Jan.* 1709.]

Ib. thes. III. Not. 1. lin. 3.

post verb. *conditionem defuncti*,

[* in Sax. præter inopes ac nobiles, inter quorum privilegia & hoc refertur, ut vespera & absque ceremoniis terræ mandari possint per Rescr. *d.* 30. *Jan.* 1722. & 17. *Aug.* 1739. etiam infantes illegitimi, & mox post partum mortui, itemque immaturi minus solenniter humandi sunt, vi Rescripti ad Consist. Lips. *de* 31. *Aug.* 1753. *]

Ib. lin. 4.

post verb. (*a Consistorio*)

[* Sec. Rescr. ab Electore Sax. ad Consistoria & Dicasteria *d.* 8. *Aug.* 1731. & 13. *Mart.* 1719. missa illa de propricidarum melancholicorum, hæc de inquisitorum sepultura cognoscunt, cf. Küstner. *ad Deyling. prud. post. P. III. c.* 10. §. 10. *]

Ib. Not. 2. lin. 2.

post verb. *humanis*;

[* jure Sax. elect. hoc fieri quidem potest, sed nonnisi consentiente patrono & Superintendente, v. *Rescr. d.* 22. *Mart.* 1637. *C. A. To. I. p.* 859. *]

Lib. II. Tit. I. thes. III. post Not. 12.

[* t. 1. §. 25. not. 4. ac t. 2. §. 8. not. 13. *]

Ib. thes. V. p. 155. lin. 2.

post verb. *De feris & lapillis infra*

[* *h. l. t.* 2. §. 7. & 12. *]

Ib. lin. 29.

post verb. *de quibus supra lib.* 1.

[* *t.* 2. §. 16. *]

Ib. post lin. ult.

[* ac alienari non possunt, nisi singulorum consensu, *c.* 29. *de R. I. in sexto*, ut jud. F. I. L. m. Febr. 1768. cons. I. G. R. *]

Ib. Not. 3. lin. 6.

post verb. *aliud minus doceant.*

[* Ita jud. F. I. L. m. Nov. 764. cons. Commissario Vinariensi *]

Ib. lin. 12.

post verb. vermindere oder verderbe.

[* post, *Resol. Grav. de a.* 1603. §. 12. additum, ne quis novum molendinum extrueret, nisi qui in eo loco jurisdictione gaudeat, ac ne in præjudicium molendinorum electoralium fieret. *]

Ib. Not. 4. post lin. ult.

[* hanc & reliquas Ordinationes molinarias Sax. de a. 1568. & 1653. cum singulæ ad singula flumina pertineant, legum universalium vim haud habere, etiam F. I. L. visum ap. Hommel. *Rhapf. obs.* 216. Ceterum, quando plures in uno flumine molendina possident, nullus eorum debet sine præscitu reliquorum, in primis des Ober- oder Untermüllers, quicquam in flumine multo minus palum molendinarem, den Sicher-Pfahl mutare, uti jud. F. I. L. m. Apr. 1763. cons. præs. z. Weissensee. *]

Ib. Not. 5. post lin. ult.

[* talis necessitas vel utilitas visa est F. I. L. a. 1763. quando incolæ pagi, ubi hucusque molendinum fuit, eo corruente, coguntur far suum molendum ad remotiora molendina perferre, unde eo casu, possessorem a domino jurisdictionis ad reparandum adigi posse, jud. ad consult. d. Landshauptmannschafts-Secretair z. Hoff. *]

Ib. thes. VI. lin. 16.

post verb. *M. Aug.* 1681.

[* quæ adhuc hodie ejusdem Fac. sententia est. *]

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn816544042/phys_0042
DFG

Lib. II. Tit. I. thes. VII. post Not. 1.

[vid. tamen quod ad Sax. Elect. *Mand. Reg. d.* 19. *Aug.* 1743.]

Ib. post Not. 2.

[* Similiter resp. F. I. L. m. Majo 764. cons. K. z. Reichenbach. *]

Ib. Not. 3. lin. 3.

post verb. würkliche Beleihung.

[* aut præscriptionem, *II. Feud.* 26. §. 4. sic jud. F. I. L. m. Jun. 1767. apud Hommel. *Rhapsod. obs. CCC.* §. 12. *]

Ib. post Not. 5.

[* *Nota* 6. In villis loca ante domos sita, vulgo die Vorhäupter re dubia pro pertinentiis & accessionibus prædii haberi, item hortos domui adjacentes, ut resp. F. I. L. m. Maj. 764. cons. K. z. Reichenbach. cf. *l.* 69. §. 5. 6. *D. de leg. III.* Leyser. *Jur. Ge. L.* III. *c.* 1. §. 32. Stryck. *us. mod. L. XIX. t.* 1. §. III.

Nota 7. Agros pro pertinentiis inprimis tunc haberi, quando simul cum eo catastro steurali inserti, vel communia ipsis onera imposita reperiuntur, ut jud. F. I. L. m. Maj. 1768. cons. jud. z. Oberschmor.

Nota 8. quoad pertinentias prædiorum jure Sax. earum separatam venditionem in universum lege aliqua non esse prohibitam, ut quidam putant, sed eam tantum, quæ fit vel absque omnibus publicis oneribus, vel sine non idoneis, pro rata onerum totius prædii. Opus itaque est, ut de ejusmodi alienatione relatio fiat ad ærarii publici curatores, zur Obersteuereinnahme, qui super proportione illa judicent. His demum omissis venditio ejusmodi pertinentiarum invalida est, per *Dec. El.* 65. & ex Rescriptis Electoralibus ac regiis, *d.* 16. *Nov.* 1637. *d.* 27. *Nov.* 1695. 8. *Febr.* 1710. 23. *Jan. &* 23. *Febr.* 1716. it. Generale *d.* 26. *Jan.* 1732. *Rescr. d.* 23. *Nov.* 1753. *Dec. nov.* 17. *de ao.* 1746. & Instruction für die Steuer-Revisores, *d.* 30. *Jul.* 1687. unde alio Rescripto ad receptores steurarum circuli Lipsiensis d. 15. Aug. 1766. dato dicitur: daß es bey denen bisherigen Dismembrationen in der Hauptsache sein Bewenden haben solle. Eo minus autem prohibitum, fundos per se separatos, & suis ipsi propriis oneribus præditos separatim alienare, modo id fiat reservato venditori jure congrui & promissione ab utroque contrahentium facta de solvendis in casum caducitatis oneribus pro altero, sic *dict. Rescr. d. ao.* 1766. At nihilominus illa pertinentiarum vendendarum libertas, quamvis non sine justis oneribus fiat, ita restricta est, ut in circulo Lipsiensi apud prædia mansaria, bey Hufen-Güthern quarta pars mansi, apud prædia dimidia mansaria, pars octava mansi bonæ notæ agrorum, & apud minora prædia unus ager, aut modius, ein Acker oder Scheffel des besten Heimfeldes perpetuo manere

& pro

& pro consolidato haberi debeat, *dict. Rescr. d. ao.* 1766, qui numerus in ditione ad episcopatum Martisburgensem pertinente ita constitutus est, ut in pagis domui, duodeviginti vel viginti sexagenis steuralibus oneratæ, duo mansa agrorum, aut sedecim agri pascuorum vel sylvæ, & sic ulterius, proportione domuum pauciori-bus sexagenis onustarum facta pauciores tanquam perpetuæ pertinentiæ adsint, per Rescr. a Regimine Martisburgensi publicatum *d.* 18. *Maj.* 1761. *]

Lib. II. Tit. I. thes. VIII. p. 160. lin. 15.

post verb. *dixi infra lib.* 3.

[* *t.* 8. §. 13. cf. *L.* 4. *t.* 31. §. 2. *not.* 5. *]

Lib. II. Tit. II. thes. VII. lin. 13.

post verb. *concedatur:*

[id quod in Sax. Elect. *Decis. Nov. IV. d. a.* 1746. nominatim constitutum est.]

Ib. lin. 15.

post verb. *th.* 25. *Nov.* 3.

[in Sax. El. præscriptio 31. ann. 6. hebd. 3. dierum hac in causa hodie necessaria est: in possessio autem sufficit possessorio 10. annorum v. *Decis. Nov. IV. d. a.* 1746.] [* in utroque tempore anni ante publicatam hanc decisionem non sunt computandi. *]

Ib. Not. 2. lin. 2.

post verb. andern Grund §. *ult.*

[* cf. *Resol. Grav. d. a.* 1652. *tit.* v. Renth-Sachen §. 33. *]

Ib. thes. VIII. lin. 12.

post verb. *ungeachtet* ꝛc.

[* non derogatum esse, jud. F. I. L. m. Oct. 1770. conf. præf. §. Arnshaugk, quia d. l. tantum de ipsa venatione, in alieno fundo prohibita, agitur *]

Ib. lin. 23.

post verb. wilde Katzen.

[Conf. in Sax. El. *Mandat. Reg. d. a.* 1717. Quorundam locorum consuetudo tamen *mediam* venationem ignorat: sed solo discrimine *majoris & minoris* uti-tur: quapropter ibi feræ, quæ alias ad mediam referuntur, jure majoris venationis censentur.]

Ib. Not. 4. lin. 5.

post verb. Habicht ꝛc. zu treiben.

[conf. in Sax. El. Determination der hohen, mittel- und niedern Jagd in Elect. *Jur. Publ. Tom. XI. ad a.* 1717. *p.* 466. Wernher. *V.* 4. *P. V. O.* 58.] [* conf. Mand. regium d. 8. Nov. 1717. Cod. Aug. T. II. p. 611. *]

Lib. II.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn816544042/phys_0044
DFG

Lib. II. Tit. II. thes. VIII. Not. 4. post lin. ult.

[quædam etiam feræ in Sax. El. ab omni persecutione vel turbatione exemptæ sunt, nisi specialis concessio data sit: v. c. *Mandat. d.* 31. *Jul.* 1733. item de *Phasianis Mandat. d.* 7. *Mart.* 1741. wegen Aussetz- Heg- und Schieß- auch Fangung der Fasanen.] [* quorum illud nonnisi venationem boum ferocium der Auerthiere, quos tunc ex horte electorali ferino emittere placebat, prohibet, hoc rationem in venatione phasianorum habendam præcipit, simulque ejus exercitium omnibus, quibus haud specialiter concessa sit, vetat, turbatoribus vero pœnam XX. vel L thalerorum dictat. *]

Ib. Not. 5. post lin. ult.

[* quod tamen Jur. Elect. Sax cessat, quo per dec. IV. de a. 1746. venatio a principe nullo alio modo, quam aut investitura, aut præscriptione immemoriali acquiri potest. *]

Ib. Not. 6. lin. 14.

post verb. *M. Mart.* 1710.

[* Id hodie non amplius observatur, potius pœna leporem capientis, sive in Electoris sive in nobilis sylva, indistincte est XX. florenorum, v. Hommel. *Rhapsod. obs. CLXVIII.* quamvis non negandum, Mandatum Mauritii d. d. 13. Jul. 1543. quæ sedes est hujus pœnæ, fere alia habere. cf. *infra ad not.* 4. *h.* §. *]

Ib. Not. 8. lin. 2.

post verb. *Bachanalibus*,

[* Fastnachten, vid. alleg. Ordd. prov. & add. Ausschreib. *d.* 13. *Jul.* 1543. *]

Ib. Not. 8. post lin. ult.

[* cf. *Rescr. regium d.* 5. *Jul.* 1715. *C. Aug. T. II. p.* 603. *] [Ante hoc tempus legitimum venantis pœna est in Sax. El. centum modiorum avenæ *Mandat. d. a.* 1626. atque ita resp. *F. I. L. Mens. Sept.* 1701.] [* quod hodie cessat, potius per diuturnam observantiam hac pœna non ii coercentur, qui interdicto tempore venantur, sed qui feras, inprimis lepores ex banno electorali ferino furantur, ex Rescripto regio, dato ad dicasteria *d.* 15. *Sept.* 1718. *]

Ib. thes. IX. Not. 1. post lin. ult.

[quæ tamen pœna hodie minus frequentur adhibetur. Carpz. *Pr. Cr. qu.* 84. *n.* 84. *sqq.*]

Ib. thes. X. Not. 1. post lin. ult.

[* ac de pœna avenæ, notata ad §. 8. not. §. *]

Ib. thes. XII. post lin. ult.

[Ceterum, qui hanc publicam proclamationem prætermittit, furti reus est, & pœna

arbitraria adficitur, maxime si se inveniſſe inficiatus fuerit, Carpz. *Pr. Cr. qu.* 86. *n.* 9. *ſq.* res vero inventas reſtituere ſine honorario tenetur, ut reſp. *F. I. L. Menſ. Maj.* 1709. *Aug.* 1720. *Sept.* 1728.]

Lib. II. Tit. II. theſ. XII. Not. 2. poſt lin. ult.

[(δ) inventio lapidum, quibus non nulla cum gemmis eſt ſimilitudo, in Saxonia, vid. *Mandat.* die Ausführung derer den Edelgeſteinen, als Diamanten, Agnaten ꝛc. gleichkommenden Geſteinen betreffend, *d. d* 2. *Maj.* 1732. confirmatum ampliatumque *Mand. d. d.* 17. *Mart.* 1733. quo referendum quoque *Generale*, das Verboth die Ausfuhre der weiſſen Erde betr. *d.* 22. *Mart.* 1745. atque Erneuert, und geſchärft. *Mand. &c. d.* 30. *April.* 1749.] [* add. de eadem re Mand. d. 14. Aug. 1764. *]

Ib. theſ. XIII. Not. 2. lin. 3.

poſt verb. *punitur.*

[Carpz. *Pr. Cr. qu.* 81. *n.* 25.]

Ib. poſt Not. 2.

[* *Nota* 3. Per verba Landr. *L. I. art.* 35. alle Schätze unter der Erden, tiefer, denn ein Pflug gehet, gehören zu der königlichen Gewalt; non intelligendum theſaurum, olim manu humana reconditum, verum metalli fodinas, *Conſt. El. Sax.* 53. *P. II.* Hæc jure civili domino fundi competebant, *arg. l.* 4. §. 7. *D. de cenſib.* hodie regalibus annumerantur, 2. *F.* 56. *Aur. bull. t.* 9. at ſolent principes ſubditis poteſtatem fodiendorum metallorum ſub lege ſolvendarum decimarum aut alius proventuum particulæ concedere; ita tamen, ut in iis fodiendis certus ordo & modus teneatur, de quo inprimis Ord. metallica *d.* 12. *Jun* 1589. præcipit, cf. neue Stollen Ordnung *d.* 12. *Jun.* 1749. & neues Berg-Decret *d.* 16. *Sept.* 1754. Etenim loca metallorum quærere, quod ſchürfen vocant, unicuique licet, ſeparato præmio, aſt inventa principis ſunt, a quo poteſtatem ulterioris inveſtigationis rogat, h. e. muthet den neuen Gang, cœptoque opere poſt 14. dies ipſam inveſtituram petit, *d. Ord. metall. art.* 6. 7. 22. 26. Ejusmodi metalli fodina in partes, ſed intellectuales tantum, diſtribui ſolet, numero plerumque 128. quæ Kukus vocantur, ſingulæ conjunctim eine Zeche, earumque poſſeſſores die Gewerken. Dominus fundi, ubi metalli fodina quæſita reperitur, in compenſationem gratuito accipit vel quatuor novi operis partes, vier Kukus, in quas, ut reliquarum poſſeſſores, ſuos ipſe ſumtus impendat, vel unam tantum, quam ipſi ceteri ſodales ab omnibus impenſis liberam præſtant, einen Erb-Kukus, quæque pertinentia vel acceſſio prædii cenſetur, *d. Ord. metall. art.* 72. *Mand. de a.* 1531. & 1548. *Cod. A. T. II. p.* 116. 122. Ceterum præter metalla proprie ſic dicta huc

etiam

etiam pertinent gemmæ pretiosiores, de quibus vid. *Mand. d.* 2. *Maj.* 1732. *&* 17. *Mart.* 1733. ac lithantraces, de quibus *Mand. d.* 19. *Aug.* 1745. agit. *]

Lib. II. Tit. II. thes. XIV. lin. 3.

post verb. *§.* 45. *I. eod.*

[De desertis rebus immobilibus in Sax. El. est *Mandat. Reg. d.* 31. *Jan.* 1715. & 14. *Sept. a.* 1725. item aliud *d.* 29. *Aug.* 1735. conf. Leyser. *Medit. ad Pand. Spec.* 443.] [* add. recentius d. 30. Maj. 1763. de prædiorum desertorum subhastatione. Ceterum de hac re, ac de quærendis ejusmodi prædiorum novis dominis, oneribusque residuis consule inprimis *Resolutionem Electoris*, *d.* 16. *Nov.* 1659. *C. A. T.* 2. *p.* 817. *& Resolut. Grav. de a.* 1661. *tit. v. Consist. S.* §. 21. 22. *& tit. v.* Rentb-Sachen §. 1. *it. Mand. d.* 23. *Nov.* 1704. *C. A. T. II. p.* 1586. *]

Ib. thes. XV. lin. 12.

post verb. *non item in limitato*,

[v. I. L. Gronov. *ad Grot. d. I. B. & P. II.* 3. 16. *cf.* Cujac. *Obs. II.* 9.]

Ib. lin. 15.

post verb. *Ceteroquin hodieque obtinet*;

[v. Struv. *Dec. Sabb.* 6. *c.* 20.]

Ib. p. 173. lin. 3.

post verb. *libr.* 2. *c.* 15. *th.* 27.

[* est hoc Rescriptum *d.* 7. *Dec.* 1563. cui addenda alia similia *d.* 30. *Jun.* 1607. *& d.* 25. *Sept.* 1676. *C. A. T. II. p.* 10. 11. *&* 23. quæ duo posteriora non de Albi tantum, sed de omnibus fluminibus agunt, asserto simul alluvionis jure privatis. *]

Ib. lin. 5.

post verb. *etiam hodie*,

[in Sax. *L. R. L. II. art.* 56.]

Ib. lin. 7.

post verb. *& Ducatu Magdeburgico*,

[ubi multi nobiles alveo Albis fluminis derelicto investiti reperiuntur]

Ibidem

post verb. *novus alveus*

[* a flumine, qui priorem repetiit, iterum derelictus *]

Ib. Not. 2. post lin. ult.

[* *v. supra ad h. §.* *]

Ib. Not. 3. post lin. ult.

[Voët. *ad §.* 23. *I. h. t.*]

Lib. II. Tit. II. thes. XVI. p. 174. lin. 30.

post verb. *ad successores feudales p. 3. c. 31.*

[ibique Carpzov. *def.* 1.]

Ib. p. 175. lin. 7.

post verb. *de R. D.*

[Carpzov. *P. III. c.* 31. *d.* 10.]

Ib. thes. XVII. Not. 5. post lin. ult.

[Omnem dubitationem JCtorum in capite de fructuum perceptorum restitutione in Sax. El. sustulit *Decis. Noviss. II. d. a.* 1746. qua cautum, ut, si quis sententia judicis restituere fructus perceptos jubeatur, bonæ quidem fidei possessor, æstimationem fructuum ultimi anni, malæ fidei possessor autem trium, ante litem scilicet motam, annorum, a peritis factam, teneatur restituere, a tempore autem institutæ actionis quivis possessor pro malæ fidei possessore habeatur. Qua decisione adeo omne discrimen fructuum sive in universalibus, sive singularibus judiciis, item fructuum percipiendorum in Sax. videtur sublatum.] [* hoc quoque posterius judicium sublatum esse, mihi persuadere nequeo, cum tota hæc decisio, vel inscriptione docente, de perceptis tantum, tantum non de percipiendis, fructibus dicat, valdeque durum videatur, eum, qui forte prædium per viginti annos mala fide possedit, fructus septendecim annorum, malitiæ quasi præmium, lucrari, domino nonnisi trium reddere. *]

Ib, thes. XVIII. Not. 4. post lin. ult.

[* Cum enim emtor, quamvis ad incitas redactus, & mox sciens se bonis lapsurum, tamen pro idoneo se debitore gerit, dolo facit, ut venditor fidem de precio habeat. Dolo vero venditioni, tanquam contractui b. f. causam dante, ipsa venditio rescinditur, *l.* 5 *C. de resc vend. l.* 7. *D. de dol mal.* In Saxonia El. hoc casu vindicatio non locum habet, si inter venditionem & fugam emtoris ejusque declarationem, se insolvendo esse, plus spatii, quam duorum mensium interest, v. *Banqu. Mand. d.* 7. *Jan.* 1724. §. 16. *& d.* 20 *Sept.* 1766. § 20. *]

Ib. Not. 5. lin. 2.

post verb. oder Verzicht.

[* & deinceps investituram judicialem *]

Ib. post lin. ult.

[Ceterum venditorem prædium venditum, antequam judicialiter resignavit, recte & jure oppignorare posse statuit A. in *Resol. Lauterb. de act. emt. vend.* & in *Diss. de utilitate usucapionis in prob. dominio* & Leyser. *Med. ad Pand. Sp.* 446. 1. 2. 3. *sq.*]

[* *Nota*

[* *Nota* 5b. abſentes, a loco rei ſitæ, ut & feminæ, ſolent peracta inveſtitura ſiſtere alium, qui intuitu hujus immobilis vice poſſeſſoris ſit, einen Lehnträger, quod tamen nonniſi officium humanitatis eſt, adeoque ſemel ſuſceptum quovis tempore deponi poteſt, & jud. F. I. L. m. Aug. 1768. conſ. prætore Zwickav. *]

Lib. II. Tit. II. theſ. XVIII. p. 181. lin. 30.

poſt verb. *itemque legato:*

[* aut facta ſubhaſtatione, *cf. infra h. t.* §. 20. *in fine* *]

Ib. Not. 10. poſt lin. ult.

[Omnia quæ A. hactenus de reſignatione judiciali atque allodialium inſteſtitura, diſputavit, Sereniſſimus Rex clare definivit, *Deciſ. Noviſſ. I. a.* 1746] [* Per hanc deciſionem poſſeſſor rei immobilis emtæ, ſecuta extrajudiciali traditione, actionem Paulianam inſtituere poteſt, quod F. I. L. inprimis in concurſu creditorum ad ipſam quoque vindicationem prorogavit, ap. Hommel *Rhapſ. obſ.* 347. Ceterum ex eadem deciſione, qui rem immobilem poſt extrajudicialem traditionem per præſcriptionis tempus poſſedit, eo inveſtituram judicialem petere poteſt. *]

Ib. theſ. XIX. lin. 5.

poſt verb. *poteramus*,

[* antecedente alterius prohibitione *]

Ib. lin. 10.

poſt verb. *l. 1. C. de donat.*

[Semper hæc traditio ſymbolica *in re præſenti* fieri debet, h. e. in conſpectu rei tradendæ, v. Cujac. *Obſ. IV.* 3. Noodt. *Prob.* II. 6. excepta in Saxon. El. traditione judiciali *P. II. Conſt. El* 14 ibique Carpz.]

Ib. lin. 23.

poſt verb. *dixi ſupra*,

[* *h. t.* §. 18 *not.* 10. *]

Ib. lin. 25.

poſt verb. *infra*,

[* *h. t.* §. 28. *not.* 2. *]

Ib. lin. ult.

poſt verb. *de quibus ſupra*

[* *h. t.* §. 14. *cum nota* *]

Ib. Not. 1. lin. 7.

poſt verb. *imperium habet.*

[eo loco, ubi facta ceſſio *a. Dec. El.* 28. atque ita reſpond. *F. I. L. Menſ. Apr.* 1705.]

Lib. II. Tit. II. thes. XIX. Not. 1. post lin. ult.

[* quod ita intellige, ut usuræ, usque ad tempus, quo superfluum fisco adjudicatur, restantes, debitori condonentur, *dict. Dec.* 28. *]

Ib. Not. 3. lin. 2.

post verb. *etiam incompetente*,

[* coram Notario & testibus fieri, non sufficit, *Mand. Elect. d.* 1. *Febr.* 1614. *]

Ib. post Not. 3.

[* *Nota* 3b. sec. Rec. Imp. *de ao.* 1551. §. 79. ac Ord. Polit. Imp. *de ao.* 1577. §. 4. prohiberi Judæos, cedere actiones contra Christianos, Christianis, quæ tamen lex in Sax. Elect. non recepta, sed omnes ejusmodi cessione valent, sive coram judice, s. extrajudicialiter factæ, per Rescr. ad senatum provocationum datum, *d.* 5. *Nov.* 1715. *C. A. T. I. p.* 1189. quo tamen dispositio dictæ Dec. 88. non sublata videtur.

Nota 3c. allegato Mandato insinuationem judicialem non quarumque actionum cedendarum requiri, ut quidam putant, verum solummodo 1) in hypothecis bonorum feudalium, 2) in hypothecis bonorum allodialium, 3) in actionibus realibus, ad rem immobilem allodialem consequendam; exceptis tamen cessionibus inter mercatores, creditores ad fidejussores, confidejussores, correos debendi, tutores ac pupillos, & delegationibus. De cessionibus nominum absque hypotheca nihil ibi cautum, nisi, quod veritas debiti inter cedentem & cessionarium coram judice probanda sit, quod tamen hodie post dictam Dec. 28. cessat. Libertas nominum & actionum, quæ nullo pignore munitæ sunt, absque ulla solennitate cedendorum adhuc clarius asserta in *Ord. Proc. vet. tit. XLV.* §. 6. *& Dec. El.* 40. quin hypothecis etiam bonorum allodialium vindicata; attamen his postea, per *Ord. Rec. t. eod.* §. 2. iterum insinuationis necessitas imposita. *]

Ib. Not. 5. lin. 7.

post verb. *tutore & curatore*,

[* de cujus prohibitione *v. supra L. I. t. IV.* §. 3. *not.* 5. *]

Ib. thes. XX. lin. 6.

post verb. *hæreditarii agetur.*

[* *L. II. t. IV.* §. 47. *&* 49. *]

Ib. thes. XXIII. lin. 6.

post verb. *arg. l.* 1. *de nund.*

[eodem numero est exactio operarum a rusticis debitarum: de qua quæ dubia adhuc esse poterant, in Saxon. El. sublata sunt *Decis. Noviss. V. d. a.* 1746. Ea enim constitutum decisumque est, ut, nulla occasione exigendi data, si dominus usus

non

non sit, quamvis interim 31. annis 6. hebd. 3. diebus elapsis, operæ ejusmodi præscribi non possint: si vero e contrario ter, vel sæpius tales operas exigendi occasio data, neque eæ tamen exactæ, sed per alias personas factæ, neque etiam ipsum jus, interposita in judicio protestatione, reservatum, rustici, vel operarum debitores, præscriptione uti possint, si a prima occasione, qua exactio intermissa, tempus legitimum præterlapsum sit.]

Lib. II. Tit. II. thes. XXIII. p. 189. lin. 15.

post verb. *per æstim. dict. t.* 4. §. 13.

[* adde, donata proconsuli vel prætori adversus legem Juliam repetundarum, *l.* 8. *D. h. t.* *]

Ib. lin. 22.

post verb. *dominicæ &c.*

[* Cum jure Sax. El. per *const.* 6. *P. II.* præscriptio XXX. annorum cum additamento contra civitates ac respublicas locum habent, sequitur, bona, quæ in earum patrimonio sunt, (cf. supra *L. II. t.* 1. § 5. *not.* 1.) eodem tempore usucapi posse. *]

Ib. p. 190. lin. 25.

post verb. *in integr. restitut.*

[* add. *f)* liberum hominem, §. 1. *I. de usucap.* *]

Ib. post Not. 1.

[* *Nota* 1b. singulare esse juris Lubecensis, *L. IV. t.* 1. *art.* 3. equum furtivum, quem quartus possessor accepit, usucapi posse, nec a priori domino vindicari. *]

Ib. post Not. 6.

[* Hodie non deduci, jud. F. I. L. ao. 1759. ap. Hommel. *Rhapf. obf.* 208. *]

Ib. thes. XXIV. lin. 13.

post verb. *& tres dies comprehendit.*

[Atque in hac præscriptione ex temporis legitimi lapsu bona fides præsumitur, donec mala fides probetur *P. II. Const. El.* 3, ibique Carpz. *def.* 7. 8.]

Ib. Not. 5. lin. 3.

post verb. *servitutibus:*

[*Decis. El.* 11. 57. 84. Carpz. *P. II. c.* 3. *d.* 3. 4.]

Ib. post Not. 8.

[* *Nota* 9. Probato temporis initio & fine, intermedium præsumi, ut jud. F. I. L. m. Maj. 1768. ad interr. des Amtshauptm. zu Wunsiedel. *]

Lib. II.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn816544042/phys_0051
DFG

Lib. II. Tit. II. thes. XXV. lin. 14.

post verb. *de præscript.* 30. *vel* 40. *ann.*

[* hodie in Saxonia bonam fidem nonnisi in præscriptione rerum corporalium requiri, in ceteris omnibus abesse posse, ipsamque temporis diuturnitatem loco bonæ fidei esse, jud. F. I. L. ap. Hommel. *Rhapsod. obs.* 208. nullo discrimine habito, s. per modum actionis, s. exceptionis proponatur, quod discrimen sublatum per *L. un. C. de usuc. transform. v. ibid.* *]

Ib. lin. 17.

post verb. *contra quemvis possessorem.*

[Ceterum in Sax. Elect. constitutum est *Decis. Novissim. I. d. a.* 1746. ut in immobilibus, sine judiciali resignatione, demum possessione, b. f. & justo titulo, per 31. annos 6. hebd. & 3. dies continuata, dominium quæsitum censeri, & investitura denegari non debeat.]

Ib. lin. 20.

post verb. *jus vendendi cerevisiam,*

[* & coquendi, das Brauen und Malzen, *]

Ib. Not. 3. lin. 8.

post verb. *Gail. 2. Obs. 66. n. 1. 2.*

[* ut resp. F. I. L. m. Dec. 1769. conf. O. E. v. Kz. *Leubnitz.* *]

Ib. Not. 3. post lin. ult.

[Sed hoc mutatum est *Decis. Novissim. IV. d. a.* 1746. constitutumque, ut ad adquirendam inter privatos venationem sufficiat Sax. præscriptio 31. an. 6. hebd. & 3. dierum vid. supra *th.* 7. quod tempus demum a publicatione hujus decisionis computandum.]

Ib. Not. 4. lin. 3.

post verb. *E. D. F. p.* 330.

[* sic etiam judicare solet F. I. L. v. Hommel. *Rhapsod. Obs.* 208. add. Wernher. *Obs. For. P. I. obs.* 183. Verum quoad dominium acquirendum dominium necessario requiritur, *C. El.* 40. *P. II. Dec.* 1. *de ao.* 1746. *]

Ib. Not. 5. lin. 3.

post verb. *& trium dierum;*

[a. Landr. *l.* 1. *art.* 29. Carpzov. *P. II. c.* 3. *d.* 3.]

Ib. post Not. 7.

[* *Nota* 8. Jure Saxonico res oppignoratas ac retrovenditas nunquam præscribi, *Const. El.* 1. *P. II.*

Nota

Nota 9. Adversus feminam maritatam nullam præscriptionem currere, quamdiu bona ejus sub administratione mariti sunt, ut jud. F. I. L. m. Mart. 763. conf. jud. *z. Lossa.*

Nota 10. Jure Sax. præscriptionem juris coquendi vendendique cervisiam esse, 1) immemorialem, 2) centenariam, 3) quadragenariam. Duabus prioribus, vel alterutra earum, opus est, quando prædiorum nobilium, intra milliare sitorum, possessores, eorumque subditi contra civitates præscribunt; quadragenaria vero sufficit, quando hæc prædia nobilia extra milliare sunt. In probanda vero ista præscriptione, probaturus etiam uti potest litteris investituræ, & quittantiis steueralibus, quamvis alias ejusmodi documenta contra tertium nullam vim habeant. Quod si ante institutum finitumve petitorium, prædiorum nobilium domini, eorumque subditi possessionem allegant, in hac interimistice se defendere cupientes, non audiuntur, nisi duobus prioribus casibus possessionem XXX. annorum cum anno Saxonico, casu tertio autem vicennariam demonstrare possint. At aliis, qui prædia nobilia non possident, neque iis subsunt, nulla omnino possessio, nisi immemorialis vel centenaria, prodest, adeoque lite orta civitates semper in possessione prohibendi permanent, usque ad rem decisam. Hæc omnia intellige ex conventione inter civitates & nobiles inita a. 1676. & confirmata in vim legis universalis ab Electore, *d.* 31. *Dec. d. a. C. A. To. I. p.* 1689 **]*

Lib. II. Tit. II. thes. XXVI. lin. 11.

post verb. *de Aequilibrio*,

[* h. e. de modo quo, creditoribus a debitoribus, bello tricennali deperditis, servata æquitate, satis fieri possit, de quo inprimis agit R. I. de a. 1654. §. 170. sq. *]

Ib. lin. 22.

post verb. *ann. except. Nov.* 119. *c.* 7.

[in quo dissentit Carpzov, *P. II. c.* 7. *d.* 5. qui tradit, citationem solam ad audientiam, non secuto decreto, non sufficere.]

Ib. lin. 24.

post verb. Braunschweig. *M. Mart.* 1711.

[* In eadem sententia F. Vit. adhuc hodie, saltem quoad actiones personales esse, patet ex Wernher. *P. VI. obs.* 400. ast secundum opinionem F. I. L. nulla praescriptio extrajudicialiter interrumpi potest, ut jud. m. Mart. 770. conf. jud. *z. Badrina.* *]

Ib. lin. 31.

post verb. *qui jurisdictione carent.*

[* Quia horum officium est, ad judicem de traditio pignore referre, videtur ejusmodi traditio sufficere, inprimis, si ipse judex non sit in loco. *]

Lib. II. Tit. II. thes. XXVI. Not. 7. lin. 3.

post verb. *supplem. part.* 1. *pag.* 65.

[* eod. modo jud. F. I. L. m. Febr. 1769. conf. jud. z. Reichenbach. *]

Ib. post lin. ult.

[* Hi solvuntur domino jurisdictionis, *d. const.* 27. & differunt ab eo, quod ipsi judici secundum taxam sportularum datur *]

Ib. Not. 13. lin. 7.

post verb. *E. D. F. cit. p.* 67. *seq.*

[* cf. disp. nostr. *de discrimine int. lit. cont. ant. & hod. ac utr. effectus, sect. II.* *]

Ib. thes. XXVII. p. 201. lin. 5.

post verb. *vel extra eum;*

[coram personis judicialibus domum donatoris, delegatis Carpz. *P. III. c.* 1. *d.* 26. 28. modo in Sax. El. donatio ab ipso donatore facta sit; nam per procuratorem facta insinuatio non valet, ad exemplum testamentorum. Id. *l. c. d.* 25.]

Ib. lin. 7.

post verb. *C. de mort. cauf. donat.*

[in quorum numero putari etiam potest Notarius *R. I. a.* 1512. *t.* 2. §. 2. ut adeo hæc donatio coram quatuor testibus & Notario facta valeat. Carpz. *P. III. c.* 1. *d.* 32. *]

Ib. lin. 19.

post verb. *in quartam ea revocari nequit.*

[* e contrario donatio, cujus revocationem donator sibi reservat, re dubia, habetur pro donatione m. c. ut resp. F. I. L m. Jul. 1768. conf. A. B. z. Herbst. *]

Ib. thes. XXVIII. p. 203. lin. 9.

post verb. *Excipitur.*

[* ab insinuationis necessitate *]

Ib. lin. 10.

post verb. *quæ fit diversis personis d. l.* 34 §. 3.

[* si nulla harum donationum 500. solidos superat *]

Ib. lin. 21.

post verb. *remunerandi, arg. l.* 27. *de donat.*

[* quemadmodum res. F. I. L. M. Jul. 1768. conf. B. z. Herbst *]

Ib. lin. 28.

post verb. *confirmetur, l.* 31. §. 1. *& 2. eod.*

[* Jure Sax. si maritus bonis lapsus sit, s. vivus s. mortuus, singulæ donationes uxori

uxori factæ corruunt, quamvis eo tempore factæ, quo adhuc solvendo erat, *Banqu. Mand. d.* 20. *Dec.* 1766. §. 15. *]

Lib. II. Tit. II. thes. XXVIII. lin. 32.

post verb. *adhibeatur.*

[* hæc opinio non recepta est in F. I. L. sed in contrarium resp. M. Jun. 1769. *]

Ib. lin. 37.

post verb. *non item obsequalia, arg. l.* 34. §. 1. *de donat.*

[item si confirmetur 2) per silentium & mortem patris, quatenus, non observata insinuatione, non excedit 500. aureos, nisi forte ultima voluntate confirmetur 3) per non factam emancipato ademtionem 4) per jusjurandum patris, *c.* 28. *X. de jurejur.* Gail. *Obs. II.* 38. *n.* 9. *]

Ib. Not. 1. lin. 2.

post verb. *coram notario & testibus;*

[* modo in judiciali, simul consignatio rerum geradicarum & claves tradantur, in extrajudiciali α) pretium quingentos solidos non superet, β) ea fiat præsentibus cistis vel aliis repertoriis, in quibus res geradicæ reconditæ, γ) horum claves, ac ipsa gerada tradatur, *Const. El.* 14. *P. II.* in utraque vero curator venditricis concurrat, *Dec. El.* 22. *]

Ib. Not. 2. lin. ult.

post verb. *ut supra*

[* *h. Lib. & t.* §. 19. *]

Ib. Not. 5. lin. 5.

post verb. zu Peres. *M. Febr.* 1698.

[* & Sc. L. m. Sept. 1760. conf. I. C. L. Budissæ *]

Ib. post Not. 6.

[Hodie in Sax. El. omnis dubitatio præcisa est *Decis. Novissi. XVIII. d. a.* 1746. Constitutum enim est, ut, Gerada universa vendita, ejusdemque usufructu ad dies vitæ reservato, propter læsionem ultra dimidium impugnari contractus non possit: emtor autem etiam non plus postulare possit, quam ex rebus geradicis adhuc re ipsa extet, neque cautionem eo nomine exigere: ut porro venditrici non ademta esse debeat facultas, res minoris pretii donare, aut alienare, neque, si ejusmodi quid oppignoraverit, heredes ejus luere teneantur: Quod si vero in venditione res geradicæ enumeratæ (*specificatæ*) vel singulæ res geradicæ, ex scripta earum designatione s. specificatione venditæ, venditrici quidem jus non sit, eas, vel earum aliquas alienare, sed neque hac in causa venditio propter læsionem enormem impugnari possit.]

[* *Nota* 7. Si mulier geradam vendiderit, mortuo emtore eam non inemtam videri, ut jud. Sc. L. m. Sept. 1760. conf. I. C. L. Budiſſæ. igitur cautela: ut venditrix in hunc caſum pacto ſibi provideat.

Nota 8. Sub ſolido in cauſa donationis hodie intelligi ducatum, ſecundum eum valorem, quem in ea provincia, ubi donatio contigit, ex legibus publicis habet; adeoque nunc in Saxonia El. ſingulus ſolidus æquat 2. thal. & 18. groſſos monetæ argenteæ, ut reſp. F. I. L. m. Jul. 1768. conf. A. B. z. Zerbſt. ac m. Jan. 1770. conf. D. G. z. Tenſtädt.

Nota 9. pro donatione inter conjuges vetita etiam haberi, quando maritus immobilis a ſe acquiſito uxorem, nullo interveniente pretio, inveſtiri curat ut jud. F. I. L. m. Dec. 1768. conf. ſenatu Dippoldiswald.

Nota 10. donationem omnium bonorum inter vivos, quingentos ſolidos non excedentem, validam haberi, ut jud. F. I. L. m. Dec. 1769. conf. jud. z. Quackenbrueck. *]

Lib. II. Tit. II. theſ. XXIX. p. 205. poſt lin. ult.

[* revocatur etiam in totum, non pro parte tantum, ſi omnia bona inofficioſe donantur, ut reſp. F. I. L. M. Jun. 1769. *]

Ib. poſt Not. 5.

[* *Nota* 5b. Donatorem, qui liberos jam habet, ob ſupervenientiam aliorum, donationem revocare non poſſe, ut reſp. F. I. L. ao. 1769. *]

Ib. theſ. XXX. lin. 5.

poſt verb. *i. e. quorum nomine*

[* ſcil. adverſus eum, in quem merita conferuntur, ad ſatisfaciendum & ad aliquam reciprocam præſtationem *]

Ib. lin. 7.

poſt verb. Heidfelds Erben, *M. April.* 1696.

[* Requiritur etiam, quamvis non exacta, aliqualis tamen proportio inter merita & rem donatam, alias enim pro ſimplici donatione habetur, ut reſp. F. I. L. m. Jul. 1768. A. B. z. Zerbſt. conf. Carpz. *Dec.* 124. *]

Ib. theſ. XXXI. lin. 2.

poſt verb. *infra*

[* *L. II. t.* 4. §. 24. *ſeq. & §.* 32. *not.* 1. *ſeq.* *]

Ib. theſ. XXXII. lin. 17.

poſt verb. *ut dictum, eod. libr.* 1.

[* *t.* 4. §. 11. *]

Lib. II. Tit. II. thes. XXXII. p. 210. lin. 8.

post verb. *de quo plura infra*

[* *L. II. t.* 4. §. 11. *]

Ib. Not. lin. 3.

post verb. *alium non habeat curatorem*,'

[* nisi maritus in utilitatem suam, futuræ successionis causa, contraxerit; quia est successor mobiliaris uxoris; quo casu aut hæc alienationem rescindit, aut post ejus mortem pretium fundi venditi non cedit marito, sed uxoris reliquis heredibus, *Dec. El.* 24. cf. supra *L. I. t.* 4. §. 6. *not.* 3. *]

Ib. thes. XXXIII. Not.. 2. post lin. ult.

[* cf. infra *L. III. t.* 14. §. 3. *not.* 3. Inprimis jure Sax. si famuli conductitii nomine dominorum merces cœmunt, & in suos usus convertunt, domini non tenentur, quod etiam in omnibus reliquis locum habet, qui alieno nomine absque legitimatione quicquam a mercatoribus accipiunt, *Mand. d.* 21. *Dec.* 1708. unde cum, qui operam suam mercatori locaverat, ein Handelsdiener, ejus nomine ab alio mercatore pecuniam mutuo acciperet, & mox fugam capesseret, absolverunt dominum Scabini, L. m. Aug. 1761. cons. judicio mercatorio Lips. sed vicit actor in Curia L. postquam ostenderat, sic recepti moris esse inter mercatores Lips. ut qui per ejusmodi famulum aliquoties ab alio mercatore pecuniam, mutuo accipiendam, arcessi curasset, ejus fidem & postea sequi, suoque nomine contracta mutua solvere debeat, *]

Ib. Not. 5. post lin. ult.

[vid. tamen *O. R. tit. VII.* §. 3. junct. *Tit. IX.* §. 1.]

Ib. Not. 6. lin. 2.

post verb. *Decis.* 21.

[* attamen emancipationis tempore nudam consignationem tradere debet, quæ perpetua est F. I. L. sententia cf. supra *L. I. t.* 4. §. 4 *not.* 2. *]

Ib. post lin. ult.

[* quod etiam receptum in F. I. L. *] [Ceterum filius in bonis paternis habet hypothecam tacitam a tempore administrationis susceptæ, & jure civ. quidem, tantum bonorum maternorum & materni generis nomine, *l.* 8. §. 4. *C. de sec. nupt.* Jur. Sax. El. autem omnium bonorum nomine, quæ pater administrat *O. P. S. T. XLV.* §. 2. quæ tacita hypotheca cum in *O. P. R. eod. tit.* §. 1. abrogata esset, restituta tamen postea est *Mand. Reg. d.* 24. *Septembr. a.* 1734.]

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn816544042/phys_0057
DFG

Lib. II. Tit. II. thes. XXXIII. Not. 9. lin. 20.

post verb zu fordern wohl befugt.

[* similiter jud. F. I. L. m. Jun. 1768. cons. curia Hanoverana *]

Ib. thes. XXXIV. Not. 1. lin. 6.

post verb. *l. 6. C. de R. V.*

[nisi, si privilegio quodam concessum est quibusdam personis, ut res, earum pecunia comparatæ, in earum dominium veniant, v. c. pupillis & minoribus, e quorum pecunia a tutore vel curatore res parata, *L. 2. D quand. ex fact. tut.* vel uxori, e cujus pecunia maritus, qui solvendo non est, quam pecuniam ea illi donavit, *L. 55. D. de donat. int. vir. & uxor.* vel denique militi, ex cujus pecunia alius quivis rem comparavit suo nomine *L. 8. C. de R. V.*]

Ib. post lin. ult.

[pretium tamen possessori restituendum est, ubi id in utilitatem actoris depensum est, *a. l. 16. C. de præd. & al. reb. min.* vel si res alioqui peritura fuisset, veluti si ab hoste redemta *L. 6. D. de capt. & postl.*] [* quod posterius jure Sax. exceptionem meretur, nisi emtor, se domini nomine redimere, apud judicem protestetur, *dict. Dec. El.* 90. *]

Ib. Not. 2. lin. 5.

post verb. *arg. Decis.* 61.

[immo ex *Decis. Nov. l. d. a.* 1746. satis est, probasse, prædium, bona fide & justo titulo, possessum a se esse, quamvis traditio judicialis facta non sit: quare dominium possessione, 31. a. 6. hebd. 3. dier. b. f. justoque titulo continuata, quæri posse, constituit eadem Decis.]

Ib. Not. 4. post lin. ult.

[v. Wernher, *V. 1. P. 1. O.* 150. *p.* 212. In Sax. El. autem nominatim in *O. P. S. R. ad Tit. XVI.* §. 2. hæc pœna inficiationis in *L. ult. D. h. t.* statuta, uti etiam in aliis quibusdam speciebus, confirmata est.]

Ib. post Not. 5.

[* *Nota* 5b. rei vindicationem non posse processu executivo pertractari, quoniam actio non ex aliquo facto obligatorio rei, sed ex dominio actoris profluit, sic jud. F. I. L. apud Hommel. *Rhapsod. obs.* 4. *]

Ib. Not. 8. lin. 1.

post verb. *domino*

[* de fructibus cf. supra, *h. t.* §. 17. *not.* 3. *sq.* *]

Lib. II. Tit. II. thes. XXXIV. Not. 8. lin. 13.

post verb. *Michael.* 1704.

[In Sax. El. de restitutione fructuum omnis controversia sublata est *Decis. Nov. II. d. a.* 1746. cautumque, ut, si quis sententia judicis fructus perceptos restituere jussus sit, eorum æstimatio annua, arbitrio certorum, juratorumque taxatorum, ad certam summam redigatur, & bonæ fidei possessor eam æstimationem fructuum ultimi, malæ autem fidei possessor æstimationem trium postremorum annorum, ante motam litem computandorum, dependere cogatur, & denique quilibet possessor a mota lite (von erhobener Klage an) pro malæ fidei possessore habeatur.]

Ib. Not. 9. lin. 3.

post verb. *nequeunt:*

[* ut resp. F. I. L. m. Aug. 1768. conf. C. F. S. Dresdæ *]

Ib. Not. 10. post lin. ult.

[* quod etiam licet b. f. possessori, *l.* 25. §. 5. *l.* 38. *de R. V. l.* 9. *de imp. in rem dot. fact. l.* 10. §. 10. *mand.* *]

Ib. Not. 13. post lin. ult.

[etiam competit hæc actio jure Sax. El. noviss. *Dec. Nov. I. d. a.* 1746. quamvis rei immobilis traditio judicialis actori facta non sit, modo probet, prædium a se bona fide justoque titulo possessum.]

Ib. Not. 15. lin. ult.

post verb. *quemadmodum supra*

[* *h. t.* §. 22. *not.* 4. *]

Ib. Not. 16. post lin. ult.

[Eadem actio rescissoria etiam locum habet, quando non fuit copia judicis propter hostiles tumultus tempore justitii *c.* 10. *X. de præsc.* conf. *Mandat. El. de Aequilibr. d.* 25. *Jul. a.* 1656. Schilter. *Exerc. ad Pand. XLV.* 59. immo hodie ne justitium quidem desideretur, *a. d. c.* 10. quemadmodum resp. *F. I. L. M. Febr.* 1702.]

Ib. Not. 19. lin. 6.

post verb. *quadriennium continuum*,

[* huic actioni non quadriennio, sed integro anno præscribi, jud. F. I. L. m. Oct. 1769. conf. Secretario. *Byruthensi.* *]

Ib. Not. 21. post lin. ult.

[Omnem dissentionem ac dubitationem in Sax. El. penitus diremit *Decis. Nov. XXV. d. a.* 1746. ubi constitutum est, ut, moto cœptoque jam concursu creditorum, debitori non liceat usumfructum, aliudve jus ipsi competens, in primisque hereditatem,

hereditatem, sive pacto, sive testamento, sive ab intestato, speratam, quamvis nondum delatam, aut adhuc incertam, nedum quæ ipsi adimi non possit, repudiare; ac si acciderit, ut, postquam aliquis hereditatem aliudve jus repudiaverit, vel omiserit, concursus creditorum existat, vel etiam bona ejus uni creditori solvendo non sint idonea, tam Curator litis, quam creditor, debitorem jam tempore factæ renunciationis bonis lapsum fuisse, probare volens audiatur, reservata tamen debitori contraria probatione; nec minus permissum sit, utrique, tam debitori, quam ei, qui ab ipso causam habeat, deferre jusjurandum, ac denique, cognita causa, prouti prouti res foret, irritam esse renunciationem, sententia judicis pronuncietur.

Lib. II. Tit. III. thes. I. Not. 1. lin. 4.

post verb. *facere poteramus.*

[* hoc discrimen & hodie servari, resp. F. I. L. m. Dec. 1769. cons. O. E. v. K. z. Leibnitz. cf. *l.* 1. §. 1. *de verb. obl. l.* 3. *de obl. & act. l.* 11. §. 1. *de publ. act. l.* 20. *C. de pact.* *]

Ib. Not. 2. post lin. ult.

[* In Sax. El. secundum Rescriptum ad dicasteria datum d. 28. Febr. 1726. servitus habitationis cum alimentatione der Auszug, inhæret fundo tanquam jus reale, si contractus emtionis, in quo constituta, judicialiter confirmatus sit, quo facto non opus hypothecæ reservatione. *]

Ib. thes. III. Not. 3. post lin. ult.

[* at imponere usufructuarius nequit, *l.* 8. *comm. præd.* quod tamen facere potest, qui fundum cum pacto de retrovendendo emit, est enim verus dominus, non revocabilis, ac existente pacti conditione, nova iterum venditione opus est; ita F. I. L. m. Jun. 1769. cons. jud. z. Seyfersdorf. *]

Ib. thes. IV. Not. 3. post lin. ult.

[In Sax. El. hoc diligentius definitum in *Decis. Nov. III. d. a.* 1746. inprimis de servitutibus rusticis.]

Ib. thes. V. Not. 5. lin. 1.

post verb. *Latitudinem itineris,*

[jure civ. eam esse, quæ pactis comprehensa, alias ab arbitro definiri oportere *l.* 13. §. 2. *D. de serv. præd. rust.*]

Ib. Not. 6. post lin. ult.

[* ex eo tamen non sequitur, possessorem ejusmodi agri inclusi adversus hunc vel illum vicinum actione confessoria experiri posse, ut jud. S. c. L. m. Sept. 1760. cons. præs. Schwarzenberg. *]

Lib. II.

Lib. II. Tit. III. thes. V. Not. 7. post lin. ult.

[* in contrarium aliquoties jud. F. I. L. *]

Ib. thes. VII. Not. 4. post lin. ult.

[* in servitute viæ dominum servientis prædii ad viam reficiendam non obligari, jud. F. I. L. apud Hommel. *Rhapsod. obs.* 189. *]

Ib. Not. 5. post lin. ult.

[* sec. L. II. Landr. art. 59. currus vacuus cedere debet onusto, & minus onustus magis onerato; item, qui equo vehitur, curribus, ac pedibus ambulans equiti; quando duo currus in ponte (quod etiam ad angustam viam applicandum) sibi obveniant, neque præterire possint, ille prius transit, qui prius intravit, sine onustus sit, sive vacuus; si quis fugientem persequitur, currus subsistere debet, donec illi præterierint, conf. *Jus prov. Suev. c.* 232. Quod posterius jure hodierno etiam obtinet, quando currus publicus, vel vereda publica ein Postwagen oder Extrapost currum privatum, mercibus aliisve rebus mobilibus vel personis oneratum, einen Fracht- oder Gutschwagen in via attingit; reliqui currus vel veredæ omnes, publicis cedere coguntur, dato scilicet signo per tubam, mit dem Posthorne, vid. *Ordinat. Post. de ao.* 1693. § 7. *& de ao.* 1713. §. 10 *]

Ib. thes. IX. Not. 5. lin. 2.

post verb. *fundum arare non posse*, *p.* 2. *c.* 41.

[* neque adeo stercorare, invito possessore prædii dominantis, quia oves a stercoratis pratis per aliquod tempus abstinere solent, unde F. I. L. ejusmodi stercorationem pro turbatione possessionis juris pascendi habuit, m. Sept. 1768. conf. prætore z. Plauen. *]

Ib. thes. X. Not. 1. post lin. ult.

[quamvis id neque ex lege laudata, neque ex aliis, probetur, Interpr. disputatione usuque fori tamen receptum est.]

Ib. thes. XI. post Not. 1.

[* *Nota* 2. ex statuto Lipsiæ, si quis murum vicinis ædibus in latere attingentem, die Queermauer, Brandgiebel, latere coctitio exstruere velit, id communibus sumtibus fieri debere; quod quando vicinus detrectat, cogitur de suo tantum ædificatori spatium concedere, ut hic murum propriis sumtibus tollere possit, pro quo ei, ipso jure servitus tigni immittendi in novo vicini muro competit. *]

Ib. thes. XIII. lin. 3.

post verb. *de ædific. priv.*

[Brisson. *Sel. Ant. Jur. Civ. I.* 1.]

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn816544042/phys_0061
DFG

Lib. II. Tit. III. thes. XIV. Not. 3. post lin. ult.

[nisi aliud ex signis vel quasi possessione argui possit: quemadmodum judicatum est in *S. C. P. I. Term. Luc. a.* 1709. de interstitio, quod dicitur eine Schlippe.]

Ib. thes. XVI. Not. 1. lin. 3.

post verb. *pluv. arc. act.*

[* unde possessorem inferioris, adversus dominum superioris, ad retinendam aquam agi non posse, jud. F. I. L. m. Mart. 1768. conf. jud. 8. Culmitsch. *]

Ib. Not. 3. lin. 1.

post verb. *in suo facere licere,*

[* sic jud. F. I. L. m. Aug. 1769. *]

Ib. thes. XIX. Not. 7. p. 240. lin. 30.

post verb. die Gemeinde zu Piltzingsleben, *Consil. æstiv.* 1710. *& hyb.* 1711.

[* eo etiam pertinet ejectio fossarum agris parochialibus adjacentium, sec. Mand. d. 20. *Jan.* 1722. *]

Ib. Not. 8. post lin. ult.

[De jure civili autem certissimum esse videtur, cautionem fructuariam, neque a testatore, neque ab herede remitti posse v. Nood. *de usufr. I.* 19.]

Ib. thes. XX. post lin. 2.

[in Sax. Elect. competit Parochis in silvis parochialibus in den Pfarrhölzern v. *Art. Gen.* 31. *Resolut. Grav. El. Sax. d. a.* 1661. tit. von Consist. Sachen gr. 28.] [* attamen nonnisi ad necessitatem & sub moderamine patroni ac curatorum ecclesiæ; unde arboribus vi ventorum dejectis, vel in sylvæ utilitatem cæsis, nonnisi usuras accipit sortis, ex earum venditione redactæ; v. *Resol Grav. l. c. Decret. synod.* §. die Pfarrhölzer & Rescr. d. 24. Jul. 1715. & 27. Jan. 1723. *]

Ib. thes. XXI. post lin. ult.

[conf. *Lib. II. t.* 2. *th.* 23.]

Ib. thes. XXII. Not. 5. lin. 11.

post verb. *Lauterb. p.* 151. *seq. & Us. act. p.* 20.

[* ex eadem ratione conductor vel usufructuarius prædii, aut creditor immissus recte actionem negatoriam instituit, ut jud. F. I. L. m. Jun. 1769. Idem obtinet in confessoria, vid. *l. un.* §. 4. 5. *C. de remiss.* *]

Ib. Not. 6. lin 10.

post verb. *de except.*

[conf. *Dec. Nov. I. d. a.* 1746.]

Lib. II.

Lib. II. Tit. III. theſ. XXII. Not. 8. lin. 28.

poſt verb. *M. Sept* 1712. *conceſſiſſe*.

[* hodie F. I. L. illam exceptionem quoque tuetur, ita, ut quamvis actor ſervitutem at nonniſi reſtrictam, affirmet tamen reus ejus extenſionem ac plenitudinem probare teneatur, ob præſumtionem libertatis pro actore, ratione negatæ extenſionis ſic judicaſſe, videri poteſt ap. Hommel. *Rhapſ. obſ.* 34. *]

Ib. Not. 10. poſt lin. ult.

[* In Sax. El. reus non amplius ad ejusmodi cautionem adigitur, ſed loco ejus ſententiæ condemnatoriæ certa mulcta adiicitur, inquam, ſi poſtea rei judicatæ non pareat, incurrit, *O. P. R. ad tit. XXXIX.* §. 3. *]

Ib. theſ. XXIII. lin. 26.

poſt verb. *quemadm. ſervit. amitt.*

[In Sax. El. id mutatum eſt in ſervitutibus ruſticis. Nam *Deciſ. Nov. III. d. a.* 1746. cavit, ut, ſi ſervitus paſcendi aliæque alternis annis, vel tertio quoque anno, vel certis tantum temporibus, exerceantur, nihilo tamen minus, 31. ann. 6. hebd. 3. d. æque atque alia jura, præſcriptione adquirantur, aut omiſſo uſu amittantur.]

Ib, theſ. XXIV. Not. 1. poſt lin. ult.

[* quæ & obtinet in F. I. L. *]

Ib. Not. 5. lin. 5.

poſt verb. *Atque F. V. M. Nov.* 1711.

[* atque adeo poſſeſſor ædium pati tenetur, ut novus maritus ſimul inhabitet, quoniam leges feminis nuptis, ſeparatim vivere, interdicunt, potius nupta viro hunc ædium uſum vel jus habitationis, ad ſublevanda onera matrimonii inferre videtur, unde partem ejus cum ipſo communicare, prohiberi nequit. Sic jud. F. I. L. m. Dec. 1763. conſ. jud. ꝛ. Jmniꝛ. conf. *l.* 1. §. 6. *D. de uſ. & habit.* *]

Lib. II. Tit. IV. theſ. II. Not. 2. lin. 7.

poſt verb. *conſt.* 3. *def.* 23.

[* teſtamentum per procuratorem oblatum validum eſſe, pronunciavit F. I. & Sc. V. at invalidum Sc. L. & F. I. L. quam poſteriorem ſententiam confirmavit ſenatus Appellationum Dresdenſis, ſingulæ hæ ſententiæ latæ in lite coram Conſiſtorio Martisburg. ao. 1742. ſq. agitata inter H. & R. *]

Ib. Not. 4. lin. 5.

poſt verb. *conſt.* 3. *Dec.* 73.

[* adhibito tamen ſimul actuario; quippe qui extra neceſſitatis caſum, quando ſcil. in præſenti mortis periculo ejus copia haberi nequit, abeſſe non debet; vid. mox not. 5. *]

Lib. II. Tit. IV. thes. II. Not. 5. lin. 8.

post verb. *actuarium haberi non potuisse*,

[* quod postulat Dec. El. 45. *]

Ib. Not. 5. post lin. ult.

[* testamentum itaque judiciale jure Sax. requirit I) *judice pro tribunali sedente*, hujus & actuarii præsentiam, non etiam scabinorum, *Const.* 3. *P. III. Dec. El.* 45. II) *in domo testatoris*, 1) si actuarius haberi potest, vel α) judicis, actuarii, uniusque scabini, vel β) actuarii & duorum scabinorum, vel γ) actuarii, (quando nempe judicis personam simul sustinet) ac unius scabini, præsentiam, *Dec. El.* 73. cf. *infra not.* 9. 2) in mortis periculo sufficit a) si non est copia actuarii, vel α) judex cum scabinis, vel β) solus judex, sine scabinis, b) si scabini haberi nequeant, & actuarius simul judex est, solus actuarius, *dict. Dec.* 45 attamen debet in specie sub no. II. 1) β) item in specie sub no. II. 2) α) & β) delegatio fieri a domino jurisdictionis, vel qui eam demandatam habet, sive hoc fiat ab initio in universum, sive singulis casibus evenientibus, nisi forte ille absens sit, vel consuetudo contraria introducta, deinde debet dominus jurisdictionis in specie sub no. II. 2) a) & b) de præsenti mortis periculo attestari. Sic jud. F. I. L. m. Jul. 1763. ap. Hommel. *Rhapsod. obs.* 167. & m. Apr. 1768. cons. jud. z. Beyernaumburg. *]

Ib. Not. 6. lin. 3.

post verb. *de jurisd. volunt. th.* 51.

[Atque id etiam intelligendum est de Judice, qui superiorem tantum Jurisdictionem habet aliquo in loco; quod in Saxon. El. nominatim confirmatum est *Decis. Nov. VIII.* 1746. *in f.*]

Ib. lin. 13.

post verb. *& scabinis confectum, valet;*

[* *Ord. Pr. R. ad tit.* 11. §. 3. *]

Ib. Not. 6. post lin. ult.

[Ceterum inter JCtos disceptabatur, utrum Judex incompetens, a testatore rogatus, in locum alienæ jurisdictionis venire, &, cum eo veniisset, testamento judiciale auctoritatem addere posset. Sed eam disceptationem in Saxon. Elect. dissolvit *Decis. Nov. VIII. d. a.* 1746. Cujus sanctio hæc est, ut in posterum quidem cuique liberum & solutum sit, Judicem incompetentem adire, ad offerendam ibi, vel nuncupandam, ultimam voluntatem: Si vero Judex incompetens rogatus sit, in alienum territorium venire, ad recipiendum ibi ultimum judicium, hunc jubet observari modum, ut Judex, rogatus, statim ille quidem cum suis adsessoribus in locum, in quem venire rogatus sit, proficiscatur, & recipiat ultimam voluntatem;

sed

sed intra octo saltim dies, a testamenti facti tempore, Judicem competentem testatoris de gesto negotio certiorem reddat, &, jurisdictioni ejus detrimentum non fieri testatum faciat, & honoraria pro testamento facto, simul reddenda curet, quæ a testatore ipsi præstanda. Quod si vero Judex ille, qui testamentum in alieno territorio recepit, neque competentem Judicem certiorem faciat, neque etiam honoraria ei mittat, testamentum quidem ipsum ratum justumque esse jubetur; Judex autem, pœnæ loco, honorarii, quod acceperit, vel accipere debuerit, quadruplum fisco principis solvere; &, sæpius commissa negligentia, majori etiam pœna adfici. Ab hac tamen constitutione excipitur: ut, si Jurisdictio eo in loco, quo testator vivit, litigiosa est, item si in aliquo oppido, vel loco, diversæ Jurisdictiones reperiantur, testatoris arbitrio relictum sit, quem Judicem, ad accipiendam ultimam voluntatem, rogare velit, quamvis locus vel domus, ubi testator habitet, alii jurisdictioni subsint: utque hac in causa necesse non sit, Judicem competentem certiorem facere, ac honoraria, ei transmittere.]

Lib. II. Tit. IV. thes. II. Not. 8. lin. 10.

post verb. *M. Nov.* 1709.

[* Nec valet testamentum soli præfecto traditum, nisi hic simul sit actuarius, ita resp. F. I. L. m. Nov. 1763. conf. Oe. z. Closchwiz. *]

Ib. Not. 11. post lin. ult.

[* Judicis requisitio ab unoquoque fieri potest, atque adeo ab ipso herede, ut resp. F. I. L. m. Nov. 1763. conf. Oe. z. Closchwiz. *]

Ib. thes. III. p. 256. lin. 21.

post verb. *& versa vice*, §. 9. *I. de test. ord.*

[* quod tamen ad socerum non extendendum esse jud. Scab. L. m. Majo 1761. conf. Senatu Olsnicensi, nec impediuntur pater & filius simul testes esse in testamento tertii, ut iidem jud. m. Aug e. a. conf. præf. Grünheynensi. *]

Ib. thes. IV. lin. 16.

post verb. gewöhnlichen.

[* omnes uno eodemque sigillo uti posse, jud. Sc. L. conf. senatu Olsnicensi m. Apr. 1761. *]

Ib. Not. 2. lin. 16.

post verb. *sustineri.*

[* Ejusmodi testamentum imperiti litterarum, scriptum, judiciale, non prælectum, sed a testatore manu aliena opitulante, mit geführter Hand subscriptum, sustinuit F. I. L. m. Aug. 764. conf. senatu Stœssenensi; relicta sic majorum sententia, vid Menck. *Pand. L. XXVIII. t.* 1. §. 13. 14. *]

Lib. II. Tit. IV. thes. IV. Not. 4. post lin. ult.

[Notarius quoque duplicis testamenti honorarium jure exigit, Carpz. *P. III. c. 7. d. 22.*]

Ib. thes. V. post Not. 3.

[* *Nota* 3b. Hodie omnes ac singulos, qui in militia Domus Austriacæ militant, sive in centuriis Germanicis, sive Hungaricis & Bohemicis, reliquisve versentur, jure militari testari, nullo omnino loci temporisque habito discrimine; ex lege, cui nomen die bey den Kaiserlich-Königlichen Regimentern in Justitz-Sachen vorgeschriebene Norm, *sub d. d. 25. Jun. 7754.* *]

Ib. thes. VI. Not. 3. lin. 1.

post verb. *ut a testatore scriptum,*

[* quo facto, subscriptionem non esse necessariam, jud. Sc. L. m. Apr. 1762. *]

Ib. lin. 3.

post verb. *de transact.*

[Carpzov. *P. III. c. 4. d. 18.*]

Ib. Not. 5. lin. 12.

post verb. *dixi 1. R. 256.*

[Brunn. *Cent. 3. Decis. 27.* Carpzov. *P. III. c. 4. d. 19.* Mev. *ad Jus Lubec. P. II. t. 1. a. 2. n. 34.*]

Ib. post lin. ult.

[* quam etiam sequitur F. I. L. vid. Hommel. *Rhapf. 126.* *]

Ib. Not. 7. post lin. ult.

[Carpz. *P. III. c. 4. d. 22.* ita resp. *F. I. L. Mens. Jan. 1726.*]

Ib. thes. VII. Not. 1. lin. 2.

post verb. *simultaneam,*

[sive potius præsentiam in eodem cum testatore cubiculo, ut adeo seorsim a testatore ferant testimonium, uti istam *L. 8.* interpretantur Basilici v. Cujac. *Obs. XXVI. 10.*]

Ib. lin. 4.

post verb. *sufficiant, p. 3. const. 4.*

[in Camera quoque imperii duorum vel trium testium præsentiam sufficere judicari refert. Gail. *L. II. Obs. 118. n. 18. 19.*]

Ib. lin. 6.

post verb. *qui test. fac. poss.*

[speciatimque rogati fuerint, Carpz. *P. III. c. 4. d. 8.* Coterum vero feminis hoc testimonio non interdicitur, Id. *l. c. d. 6.*]

Lib. II.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn816544042/phys_0066
DFG

Lib. II. Tit. IV. thes. VIII. Not. 2. lin. 15.

post verb. *in Academia Jenensi functi.*

[* simile testamentum ruri confectum, in oppidis vero coram diacono & tribus testibus conditum, valet ex statuto præfecturæ Francohusanæ *L. III. art.* 1. *]

Ib. thes. IX. post Not. 1.

[* *Nota* 1b. piis causis annumerandam etiam esse die Feuer-Kasse, ut jud. F. I. L. m. Mart. 1763. ratione ejus, quæ Blanckenburgi est, conf. Regimine Blanckenb. quia per incendia pauperibus factis succurrit, unde ipsa in concursu creditorum ex jure hypothecæ tacitæ locata. *]

Ib. post Not. 2.

[* *Nota* 3b. quæ legantur nomine generali: *ad pias causas*, inseruntur fisco pauperum loci, ubi testator degit, per Rescr. ad Consist. Lipsi. datum d. 8. Jul. 1733. *]

Ib. Not. 3. post lin. ult.

[De legatis vero vel fideicommissis, ad pias causas relictis, jure novissimo Sax. El. constitutum est, ut, quo illa sustineantur, nihil, nisi legitima veritatis probatio, desideretur. Cavet enim *Mandat. Reg. d.* 16. *Sept. a.* 1746. ut in his satis sit, modo defunctus voluntatem suam scriptam reliquerit, atque vel ab ipso scripta, vel perfecta, post mortem, in rebus hereditariis, non signata, reperiatur, atque adeo satis certum sit, eum legatum istud, fideicommissumve, tum, cum moreretur, voluisse dari piis causis. Idemque *Mandatum* etiam jubet Judices, Magistratusve, cognito legato ad pias causas, statim piam causam de eo certiorem facere, neque prius permittere. familiæ divisionem facere, priusquam vel legatum istud exolutum, vel saltem depositum sit.] [* unde in hunc modum resp. F. I. L. apud Hommel. *Rhapf. obs.* 232. *]

Ib. thes. X. lin. 10.

post verb. *M. Nov.* 1700.

[* at stupidi & hebetioris ingenii homines testari queunt, modo dicere possint, quem heredem esse velint, sic resp. F. I. L. m. Mart. 1768 conf. H Delitii, cf. Stryck. *de caut. testam. c.* 3. §. 25. *]

Ib. p. 270. lin. 20.

post verb. *quæ dixi Lib.* I.

[* *t. III.* § 16. *]

Ib. lin. 24.

post verb. *Novell. Leonis* 39.

[nisi in testamento bene consulant posterioritati suæ, per *d. Nov. Leon.* cf. Carpz. *P. III.*

P. III. c. 6. d. 11. Sed istam Novellam tamen non in universa Germania receptam esse, sed in partibus tantum certis, constat. Richt. *decis.* 43. Brunn, *Cent.* 5. *d.* 23.]

Lib. II. Tit. IV. thes. X. lin. 26.

post verb. *C. de hæret.*

[quod non pertinet ad religiones in imperio Germ. toleratas v. *Instr. Pac. Osn. Art. V.* 34. 35.]

Ib. lin. 27.

post verb. *de usur. in 6.*

[* quod hodie adhuc servatur inprimis jure Sax. El. in tantum, ut nec conditum antea testamentum valeat, v. *Mand. d.* 28. *Apr.* 1625. *& Banqu. Mand. d.* 20. *Dec.* 1766. §. 2. *]

Ib. post verb. ult.

[Ceterum vero, quamvis aliquis renunciaverit testamenti factioni, in ultima voluntate, *L.* 15. *C. de pact. L.* 22. *D. de legat.* 3. tamen testamentum recte facit. v. Finckelthus. *Obs.* 90. etiam hodie. Sin vero conventione, sunt, qui moribus Germ. pactis hujusmodi tribuant vim & efficaciam. v. Stryck. *Caut. Contr. Sect. III. c.* 6. §. 8.]

Ib. thes. XI. lin. 8.

post verb. *Nov.* 144. *c.* 1.

[quod non pertinet ad religiones in imperio Germ. toleratas *Instr. Pac. Osn. Art. V.* §. 25.]

Ib. lin. 9.

post verb. *ad l. Jul. majest.*

[Banniti *O. C. P. H. t.* 9. §. 2. Gail, *de Pac. publ. L. II. c.* 12. §. 3.]

Ib. thes. XII. Not. 3. post lin. ult.

[conf. *Diss. de Jure adcrescendi* sub Præsidio meo habita Lipsiæ 1754.]

Ib. thes. XIII. lin. 5.

post verb. *de hered. instit.*

[v. Bynckershœkii *Exerc. de captatoriis institutionibus*, Opusc. *T. II.*]

Ib. lin. 9.

post verb. *vel coëgerit.*

[* nec nudæ preces aut adhortationes, ut jud. F. I. L. m. Jan. 1768. ap. Hommel. *Rhapsod. obs.* 328. *]

Ib. Not. 6. lin. 3.

post verb. *ab herede vivo, d. l. un. §.* 7.

[Casualem conditionem, sufficit, quandocumque, etiam vivo testatore, impleri, *L.* 2.

L. 2. *D. de cond. & dem.* at potestativæ demum post mortem testatoris, animo ejus voluntati obtemperandi, parendum est *d. l.* 2. nisi sit ejusmodi conditio, cui testator semel tantum pareri voluerit: hanc enim, vivo testatore, expleſſe satis est *L.* 10 *D. de cond. & dem.* Conditionibus denique adjectis pluribus, si disjuncte, uni, *a. c* 70. *de R. I. in* 6. sin autem conjuncte, omnibus faciendum est *L.* 5 *D. de cond. instit.*]

Lib. II. Tit. IV. thes. XIII. Not. 6. lin. 5.

post verb. *quib. mod. testam. infirm.*

[* Similiter legatum, v g sub conditione, vel in diem: quando nupserit, relictum, mortua legataria, adhuc virgine aut vidua, peti nequit. cf infra *h. l. & t.* §. 26. *not.* 1. At aliud obtinet in pactis sub die. Unde cum venditor partem pretii assignaret sorori, quando nuptura sit, ea vero esset a matrimonio ineundo aliena, visum est F. I. L. ejus heredes petere, atque adeo ab ipsa viva, alii in eum effectum cedi posse, ut cessionarius post mortem cedentis innuptæ exigat, m Mart. 1769. cons. jud. 8. Sittigenbach ap. Hommel. *Rhapſ. ſupplem. obſ.* 510 *]

Ib. thes. XIV. Not. 1. lin. 4.

post verb. *arg. d. l.* 36. §. 2.

[ex opinione sc. Interpretum: non vero ex sententia legum. Nam in *l.* 34. *C. de inoff. test.* nominatim quinquennium condictioni huic expletoriæ præfinitum est. v. Noodt. *Comm. Dig. de inoff. test*]

Ib. post lin. ult.

[Derogat tamen ei condictioni specialis renunciatio supplementi post mortem ejus, cujus ex hereditate debetur portio legitima, *l.* 35 §. 5. *C. de inoff.* item jurata renunciatio, vivo patre facta, *a. c.* 28. *X. de jurejur. c.* 2 *de pact in* 6. Nullam autem vim habet prohibitio testatoris, supplementum legitimæ peti vetantis *Nov.* 115. *c.* 5.]

Ib. Not. 2. lin. 14.

post verb. *de inofficioso testamento.*

[* cf. infra *h. l. & t.* §. 55. *not.* 1. *sq.* *]

Ib. post lin. ult.

[Auctoris sententia recte se habet, estque conveniens juri communi: quamvis fere Doctores hodie in ea sint opinione, etiam tum querelam inofficiosi testamenti locum habere, cum vel nulla, vel injusta, causa testamento inserta sit: sicque etiam responderi soleat. Neque etiam ex *P. III. c.* 9. qua vulgo utuntur in Saxonia El. ista opinio probari potest, cum ibi de hac specie non agatur]

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn816544042/phys_0069
DFG

Lib. II. Tit. IV. thes. XIV. Not. 3. post lin. ult.

[In Saxon. Elect. tamen constitutum est, ut exheredatio bona mente facta, in fraudem creditorum, quoad legitimam, nulla & invalida sit; v. *Decis. Nov. XXV. d. a.* 1746.]

Ib. Not. 4. lin. 12.

post verb. *F. M. Aug.* 1701.

[* pleraque ab Auctore, hac Nota, proposita impugnat Leyser *Med. ad Pand. sp.* 357. *Med.* 1. 2. 3. *]

Ib. Not. 5. post lin. ult.

[Ceterum filiam ex stupro prægnantem factam nullo jure a matre exheredatam videri, resp. *F. I. L. Mens. Sept.* 1722. *arg. laud. Ord. Matr. N.* 115. *c.* 3. §. 11.]

[* *Nota* 6. Si filius præteritus vivo patre in præteritionem consentiat, s. id. fiat ante s. post conditum testamentum, hoc jure civili stricto nihilominus invalidum esse, *d. l.* 35. §. 1. *C. de inoff. test.* cf. Berlich. *P. III. concl.* 16. *n.* 17. *sq.* sed jure prætorio sustineri, v. Carpz. *P. III. c.* 10. *def.* 1. æque ad illud, quod filius præteritus post patris mortem, vel paciscendo cum herede, vel tacite agnovit, *d. l.* 35. §. 1. *l.* 17. *D. de injust. rupt.* quod minus dubitationis habet jure Sax. El. ob *c.* 10. *P. III.* cf. infra *h. l. t.* 4. § 47. *not.* 2. *]

Ib. thes. XV. lin. 4.

post verb. *titulo institutionis*,

[* neque in ea defraudandi sunt, sive per institutionem, *const. El.* 8. 9. *P. III.* s. per substitutionem, *c.* 8. *P. III. Dec.* 47. s. per donationem, *c.* 12 *P. II.* s. per emtionem bonorum feudalium, *const. ined.* 2. s. per sumtus in fratris studia erogatos, *doc.* 50. Per statuta minui quidem potest, at non plane ei derogari, *c.* 12. *P. III.* *]

Ib. Not. 8. post lin. ult.

[* similiter F. I. L. resp. ap. Hommel. *Rhaps. obs.* 31. *]

Ib. Not. 9. post lin. ult.

[Id solum onus legitimæ impositum valet, quod ad utilitatem ejus pertinet, cui impositum est, veluti si constituerit testator, ut descendentium suorum pecuniæ collocentur sub fœnore in prædiis, nullo ære alieno obligatis. v. Wernh. *V.* 4. *P. VI. O.* 468 *p.* 761. vel cum id onus, post mortem testatoris, specialiter agnitum est.]

Ib. thes. XVI. Not. 1. post lin. ult.

[* Landr. *L.* 1. *a.* 17. *]

Ib. Not. 5. post lin. ult.

[*Decis. El.* 50. it. *peculium castrense & quasi castrense L.* 36. *C. de inoff. L.* 1. §. 15. *D. de collat.*]

Lib. II.

Lib. II. Tit. IV. theſ. XVII. lin. 3.

poſt verb. *utroque infamiæ genere*

[* v. *ſupra L. I. t. II.* §. 13. *]

Ib. Not. 12. lin. 3.

poſt verb. *& 4. in fin.*

[* quod jure Sax. El. diſerte conſtitutum, *c.* 9. *P. III.* in quem etiam modum, teſtamento ob præteritionem liberorum invalido declarato, reſp. F. I. L. m. Aug. 1763 conſ. L. 3. Pirna, & m. Jan. 1770. conſ. ſenatu Queſtenbergenſi *]

Ib. theſ. XVIII. lin. 10.

poſt verb. *de pupill ſubſt.*

[item poſtumis, in eum caſum, *ſi natus poſtumus, ei heres fuerit, & intra pubertatem deceſſerit:* quo tamen etiam non nato, hereditas venit ſubſtituto, *l.* 15. *D. de teſtam. l.* 25. *D. de lib. & poſt. l.* 4. *C. de poſtum. hered.* de quo caſu olim magna fuit inter Romanos conſultos diſceptatio. Cic. *de Or. I.* 39. *II.* 32. *Brut. c.* 52. Quinctil. *Inſt. Or. VII.* 6. 9. in Cauſa Curiana, de qua v. Balduin. *Jurisprud. Mucian. p. m.* 136. & H. Brencm. *de Heuremat. Modeſtini* cap. VII.]

Ib. Not. 6. poſt lin. ult.

[v. Weſtenberg. *Princ. Jur. ſec. ord. Dig. de vulg. & pup.* §. 40. *& Diſſ. II. de Port. legit. c.* 3. §. 6. Ceterum per ſubſtitutionem pupillarem ſubſtituto venit omnis hereditas pupilli, tam paterna, quam adventitia *l.* 10. §. 2. *D. de vulg. & pup.* quamvis olim inter Romanos JCtos magna fuiſſe videatur ea de re diſſenſio. Cic. *Inv. II.* 21.]

Ib. Not. 12. poſt lin. ult.

[item agnaſcendo ſuo herede, filii ejus, qui furioſus eſt, nec inſtituto, nec exheredato, *l.* 43. *D. de vulg. & pupill.*]

Ib. theſ. XIX. Not. 4 lin. 6.

poſt verb. *vid. infra.*

[* *h. l. & t.* §. 30. *]

Ib. poſt Not. 5.

[* *Nota* 5b. abſentis teſtamentum aperiri ac publicari, completo ſeptuageſimo anno, ut jud. F. I. L. ap. Hommel. *Rhapſ. obſ.* 107. *]

Ib. Not. 6. lin. 1.

poſt verb. *non invitos,*

[* ut jud. F. I. L. ap. Hommel. *Rhapſ. obſ.* 368. *]

Ib. Not. 7. lin. 5.

poſt verb. *de alim. vel cib. leg.*

[Carpz. *P. III. c.* 13. *d.* 37. *n.* 8. 9.]

Lib. II. Tit. IV. thes. XIX. Not. 8. post verb. ult.

[atque hi per actorem in judicio jus experiri possunt *a. l.* 11. *C. de proc.*]

Ib. post Not. 9.

[Ceterum tenentur α) facere inventarium, propterea, quod rationum reddendarum necessitas iis imposita est, nisi forte unius tantum rei constituti sint executores β) non utuntur potestate, res hereditarias vendendi *a l.* 9. *D de alim. & cib. leg.* nisi testator voluerit, aut justa causa sit *l.* 49. §. 2. *C. de episc. & cler.* γ) cum plures constituti sunt, ab universis una officium peragendum est; nisi reliqui decesserint, aut in longe dissitis locis agant, aut nolint *c.* 2. *de testam in* 6. aut in solidum constituti sint; sammt und sonders.]

Ib. thes. XX. lin. 6.

post verb. *injustum*, *l.* 3. § 3. *d. t.*

[* v. supra §. 14. *cum not.* 2 *h l. & t.* *]

Ib. Not. 2. lin. 3.

post verb. *de injust. rupt.*

[Carpz. *P. III. c.* 9. *d.* 11. *n.* 12.] [* tale igitur testamentum sustinuit F. I. L. m. Mart. 1764. cons. A. E K. z. Kl. Stolpen. *]

Ib post lin. ult.

[* ut jud. F. I. L. m. Sept. ao 1770. cons. Regimine Isenacensi, quamvis contra sentiat Carpz. *P. III. c.* 10. *def.* 3. *]

Ib. thes. XXI. Not. lin. 2.

post verb *testamento minus agit*,

[v. Lauterbach. *de testam. destitut. th.* 36. *seq. &* 51.]

Ib. lin. 4.

post verb. *de fideicomm.*

[Carpz. *P. III. c.* 2. *d.* 21.]

Ib. Not. 4. post lin. ult.

[* & F. I. L. ap. Hommel. *Rhapsod. obs.* 166.

Ib. thes. XXIV. Not. 6. lin. 4.

post verb. *a favore heredis*,

[* ultimam enim voluntatem si dubia sit semper ita interpretari debemus, ut heres haut nimis gravetur, quæ sententia recepta est in F. I. L. itaque resp. m. Majo 764. S. z. Dresden. *]

Ib. thes. XXV. Not. 4. lin. 5.

post verb. *non item illud.*

[* excipe tamen, nisi ex testamento appareat, mentem testatoris fuisse, ut debitum

voluntarium

voluntarium cum legato compenſetur; unde cum Lipſiæ in pactis dotalibus maritus H. ſponſæ 6000. ſtipulaſſet, & idem, teſtamento poſtea condito, eandem uxorem heredem ſcripſiſſet in 6000. citatis in eadem teſtamenti parte pactis dotalibus, Sc. L. viduam non niſi ſemel 6000. petere poſſe, reſponderunt. *]

Lib. II. Tit. IV. theſ. XXV. Not. 4. lin. ult.

poſt verb. *aut infra*

[* *h. l. & t.* §. 27. *not.* 2. *]

Ib. theſ. XXVI. lin. 1.

poſt verb. *Legatum generis*,

[in quo, ut valeat, neceſſarium eſt, 1. genus proximum, a teſtatore expreſſum, 2. a teſtatore ejus generis aliquid relictum eſſe, *L.* 75. *D. de leg.* 1.]

Ib. Not. 1. lin. 2.

poſt verb. *de jur. dot.*

[* cf. ſupra addit. *h. l. ac t.* §. 13. *ad not.* 6. *]

Ib. lin. 21.

poſt verb. *quand. dies leg. ced.*

[Tum enim legatum debetur pure, ſed uſuræ demum pendendæ ſunt, factis nuptiis, uti reſp. *F. I. L. Menſ. Nov.* 1718. *Maj.* 1723.]

Ib. Not. 2. poſt lin. ult.

[* 4) probationis, qua non opus eſt, legata dote, ejusque expreſſa quantitate, §. 15. *I. de legat.* *]

Ib. Not. 4. poſt verb. ult.

[Brunnem. *ad d. l.* 1. *n.* 7.]

Ib. Not. 9. lin. 7.

poſt verb. *vid. Carpz.* 3. 13. 7.

[Ceterum ſi dicendum, quod res eſt, male illa *l.* 19. ab Intt. & DD. eſt explicata. Modeſtini enim ſententiam, εὕρημα ſive cautionem præcipientis, pro regula juris & rationem ejus, pro lege, acceperunt: perperam. conf. Brencmann. *de Heuremat. Modeſtini.*]

Ib. poſt Not. 9.

[* *Nota* 10. a legato generis differre legatum quantitatis, in quo electio non eſt penes legatarium, ſed penes heredem, *l.* 4 *D. de tricito leg* 37. *D. de legat.* 1. *l.* 75. *D. de legat.* 3. unde pecunia ſimpliciter legata, vilior quidem, non tamen peſſima debetur; ſic reſp. F. I. L. ap. Hommel. *Rhapſ. obſ.* 147. & jud. m. Nov. 1770. conf. Senatu Serveſtano. *]

Lib. II. Tit. IV. theſ. XXVII. poſt lin. 13.

[* in contrarium jud. F. I. L. m. Majo 1769. cum venderetur prædium, wie es ſteht und liegt; etenim, præter inſtrumentum, reliquæ res mobiles, quæ ibi erant, non ſimul venditæ videbantur. *] [Ceterum in legato fundo cum inſtrumento, inſtrumentum eſt acceſſio fundi, atque adeo, fundo alienato, interit *l.* 1. §. 1. *l.* 5. *D. h. t.* in fundo autem inſtructo legato, & fundus & inſtrumentum eſt æque principale *l.* 5. *D. h. t.* atque adeo uno extincto, alterum adhuc debetur *d. l.* §. 17. *I. de legat.*]

Ib. lin. 14.

poſt verb. *& electione legata.*

[* conf. ſupra §. 26. *h. l. & t.* *]

Ib. lin. 16.

poſt verb. *& cibariis legatis.*

[quo omnia ad ſuſtentationem vitæ neceſſaria, veluti cibaria, veſtitus, habitatio, continentur *l.* 6. *D. h. t.*]

Ib. Not. 1.

poſt verb. *Not.* 1.

[Optionem fieri demum, adita hereditate *L.* 16. *D. h. t.*]

Ib. poſt lin. ult.

[niſi juſta cauſa ſit *L.* 4. 5. *D. h. t.*]

Ib. Not. 3. lin. 2.

poſt verb. *vel cib. leg.*

[niſi doceatur, aliam fuiſſe teſtatoris ſententiam, *L.* 7. *D. h. t.*]

Ib. poſt Not. 3.

[*Nota* 3b. Cum alimentorum quantitas teſtamento expreſſa non ſit, eam ex præſumta teſtatoris voluntate æſtimandam eſſe: quapropter ſpectatur 1) conſuetudo teſtatoris *L.* 22. *L.* 14. §. 2. *D. h. t.* 2) quid coteris ejusdem generis legarit, quod ſi nihil horum conſtet, ex facultatibus teſtatoris, & caritate ejus, cui legatum eſt, modum ſtatui convenit, *L.* 22. *D. h. t.* ratione etiam habita ætatis ejus, qui alendus eſt, *a. L.* 10. §. 2. *L* 8. § 10. *D. de transact.* Ceterum alimenta, ſine temporis finitione relicta, per totam vitam debentur *L.* 14. *D. h. t.* legata autem ad pubertatem usque, pueris, usque ad annum 18. puellis, usque ad 14. annum ætatis, præſtanda ſunt *L.* 14. §. 1. *D. h. t.*]

Ib. Not. 4. poſt lin. ult.

[Cum vero in Sax. Elect. tacita hypotheca in legatis ſublata ſit, *O. P. S. R. Tit. XLV.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn816544042/phys_0074
DFG

Tit. XLV. §. 1. 4. neque reſtituta, cum ceteris tacitis hypothecis, *Mand. d. a.* 1734. in Saxon. Elect. intelligitur, de hac quæſtione non eſſe diſceptandum.]

Lib. II. Tit. IV. theſ. XXVII. Not. 9. lin. 1.

poſt verb. Gold und Silber.

[factum infectumque tantum,]

Ib. theſ. XXVIII. lin. 4.

poſt verb. *l. ult. C. de codic.*

[In Sax. El. valet etiam legatum, ſine quinque teſtibus relictum, quod teſtator præſenti heredi injunxit, modo id vel duobus teſtibus, vel delato jurejurando, legitime probari poſſit. ac ne revocari quidem, niſi quinque teſtibus præſentibus, poteſt, *Deciſ. Nov. XI. d. a.* 1746.]

Ib. lin. 5.

poſt verb. *quæ ſupra*

[* *h. l. ac. t.* §. 13. §. 5. *ſq.* *]

Ib. Not. 1. lin. 13.

poſt verb. *inter V. & V.*

[In eam ſententiam elegantur diſſerit Plin. *ep V*, 10. dicitque, *defunctorum voluntatem intellexiſſe, bonis heredibus pro jure eſſe.*]

Ib. Not. 2. poſt lin. ult.

[in Sax. Elect. in primis, cum legatorum nomine tacitæ hypothecæ ſublatæ ſint. Ceterum vero in legatis ad pias cauſas magiſtratus, qui ejus notitiam habent, ex officio ſecuritatem piis cauſis præſtare jubentur *Mandat. d.* 16. *Septembr.* 1746. v. ſupra *ad II.* 4. §. 10. *n.* 3.]

Ib. poſt Not. 6.

[* *Nota* 7. Relictum legatum ſub conditione: ſi legatarius vel tertius debitum ab herede non exigat, tunc deberi, quando heres ſuper eo debito cum creditore transegit, quoniam tunc heredis facto fit, conditionem non adimpleri, ut jud. F. I. L. m. Jul. 1768. conſ. academia Lipſ. cum teſtator quidam templo academico legatum reliquiſſet ſub conditione: ſi eadem academia ab herede cenſum detractus non eſſet exactura. *]

Ib. theſ. XXIX. Not. 2. poſt lin. ult.

[In Saxon. Elect. *O. P. S. R. tit. XLV.* §. 1. 4. ſublata eſt legatorum tacita hypotheca, neque reſtituta *Mandat. d. a.* 1734. adeoque ceſſat actio hypothecaria.]

Ib. Not. 6. poſt lin. ult.

[In Sax. El. res deciſa eſt *Deciſ. Nov. XII. d. a.* 1746. ita, ut fructus & uſuræ, a die triceſimo poſt mortem teſtatoris, deberentur ſine ulla exceptione.]

Lib. II.

Lib. II. Tit. IV. thes. XXIX. Not. 10. lin. 3.

post verb. *jure in primis Saxonico*,

[*Ord. Prov. d. a.* 1555. tit. verſatzte Brief und Siegel. Carpz. *P. III. c.* 13. *d.* 25.]

Ib. lin. 6.

post verb. durch einen Lehn-Schein.

[* F. l. L. contrariæ ſententiæ eſt & ita ſæpius pronnnciatum, ut ap. Hommel. *Rhapſ. obſ.* 4. *]

Ib. thes. XXX. lin. 9.

post verb. *in fin. & c.* 4. §. 9.

[* cf *conſt.* 9. *P. III.* *]

Ib. lin. 40.

post verb. *æque piæ.*

[Ceterum in Sax. El. revocatio legati, nuda voluntate, præſenti heredi declarata, relicti, non niſi præſentibus quinque teſtibus fieri poteſt v. *Deciſ. Nov. XI. d. a.* 1746. unde argumentum duci poteſt ad legata piis cauſis data.]

Ib. Not. 5. lin. 3.

post verb. *de reb. dub.*

[Carpzov. *P. III. c.* 17. *d.* 13.]

Ib. post lin. ult.

[Carpz. *P. III. c.* 17. *d.* 5.]

Ib. Not. 7. post lin. ult.

[In Sax. Elect. plenius cautum eſt *Deciſ. Nov. IX. d. a.* 1746. ut, qui juſſu rogatuve teſtatoris, ſupremam voluntatem ſcripſerit, conceperit, dictaverit, aliove modo fecerit, item Notarius, qui in inſtrumentum redegerit, &, teſtamento ſcripto, ſive nuncupato, judiciali auctoritate facto, Judex, [* intellige dominum jurisdictionis *] perſonæ judiciales, Actuarius, aut Juſtitiarius, horumque omnium uxores, aut deſcendentes, neque in eo heredes ſcribi, neque legato, aut alia quadam re, honorari poſſint, ſed omnia, quæ iis in teſtamento, codicillisve, hujusmodi relicta, inutilia ſint, atque invalida: niſi teſtator verba legati ipſe ſua manu ſcripſerit, aut teſtamento hanc ſententiam ſubſcripſerit, ſe, quamvis juſſu ſuo teſtamentum conceperit, ſcripſerit, dictarit, aut receperit, legatarius, tamen eum capere legatum velle, aut hanc ſuam voluntatem præſentibus duobus teſtibus ſit teſtatus. Nam hac in cauſa legatum valere jubetur. [* id confirmatum a legislatore d. 15. Febr. 1754. & inprimis ad ipſam hereditatis univerſitatem, ac teſtamenta reciproca, quæ vim pacti ſucceſſorii non habent, extenſum, ita ut nec in his, nec in reliquis, teſtamentis

testamentis personæ supra nominatæ heredes scribi possint, nisi vel totum testamentum holographum vel saltim ipsa heredis institutio manu testatoris scripta sit, aut testator declarationem, de qua indicta decisione, adierit. *]

Lib. II. Tit. IV. thes. XXXI. Not. 4. post lin. ult.

[vid. Voet. *Comm. Dig. h. t.*]

Ib. Not. 7. lin. 3.

post verb. *ad l. Falcid.*

[quamvis contraria opinio justæ interpretationis regulis sit convenientior.]

Ib. Not. 8. lin. 4.

post verb. *Dec. El.* 57.

[aut cum juratam specificationem, jure Elect. Sax. edere non potuit. *a. Decis.*]

Ib. lin. 5.

post verb. *arg. l.* 9. *C. eod.*

[veluti si ex ignorantia juris integra legata præstiterit; vel, cum sciret, dodrantem sibi salvum non esse, quibusdam solida legata solvit, *Nov.* 1. *c.* 3.]

Ib. Not. 11. post lin. ult.

[4) in executoribus testamentariis, qui nudæ distributioni legatorum præsunt, non vero pro legatariis habendi *L.* 7. *D. h. t.*]

Ib. thes. XXXII. Not. 3. post lin. ult.

[* unde, cum testator & filio & filiæ prohibuisset, dimidiam hereditatem, ad ipsos perventuram, alienare substituendo unum alteri F. I. L. non pro fideicommisso familiæ, sed substitutione fideicommissaria simplici habuit, nec eam prohibitionem ultra ipsas personas nominatas produci passa, cons. m. Jan. 1769. G. z. *Cælleda.* *]

Ib. Not. 5. post lin. ult.

[* at vero, cum testator bona sua alienari prohibuisset, absque adjectione, in cujus favorem, non pro fideicommisso familiæ, sed pro nuda substitutione fideicommissaria, qua defuncti bona heredibus ab intestato heredis instituti conserventur, interpretata est F. I. L. m. Aug. 1769. *]

Ib. Not. 6. lin. 5.

post verb. *de legat.* 2.

[Carpzov. *P. III. c.* 8. *d.* 25.]

Ib. Not. 7. post lin. ult.

[Nam intelligitur, testatorem ordinem succedendi ab intestato, in transferendo fideicommisso observari voluisse *a. L.* 8. §. 1. *D. de jur. codicill.*]

Lib. II. Tit. IV. theſ. XXXII. Not. 8. poſt lin. ult.

[* ac F. I. L. m. Jan. 1769. conſ. G. z. *Cœlleda.* *]

Ib. Not. 10. poſt lin. ult.

[Ceterum in Sax. Elect. cautum eſt *O. P. S. R. Tit. XLV.* §. 7. ut in poſterum fideicommiſſa familiæ, in feud's conſtituta, domini directi, in allodiis autem, domini jurisdictionis, expreſſo conſenſu, confirmari debeant: Sin minus, adverſus creditores, & tertios poſſeſſores [* niſi hi de fideicommiſſo notitiam habuerint, ut reſp. F. I. L. a. 1769. conſ. S. Lipſ. *] omni vi careant, quæ lex etiam retro ad fideicommiſſa, jam ante legem hanc, ſine conſenſu & confirmatione conſtituta, niſi niſi impetretur confirmatio intra ſex annos, pertinet *O. P. S. R. l. c.* §. 7.]

Ib. Not. 11. poſt lin. ult.

[Ceterum de alienatione fideicommiſſi, conſenſu eorum, quorum intereſt, lex in Saxon. Elect. eſt data *Deciſ. Noviſſ. X. d. a.* 1746. In qua quidem ita ſancitum eſt, ut ſi quis inter deſcendentes ſuos, conſanguineosve, fideicommiſſum, Senioratum, aut Majoratum, conſtituerit, quoad aliqui liberorum, &, nepotum ejus, eorumve, qui hujusmodi fideicommiſſo gravati, in primo aut ſecundo agnationis gradu teſtatori conjuncti, vivant, nulla in eo mutatio ſuſcipi poſſit. Quod ſi vero nemo liberorum, nepotum, aut modo memoratorum conſanguineorum extet, ut tunc quidem, ſi juſta cauſa ſit, fideicommiſſum, Majoratus, aut Senioratus, conſenſu omnium eorum, quorum intereſt, non tamen aliter, ac in judicio eo, in quo id fideicommiſſum confirmatum, tollere ac mutare liceat; In quo tamen & id tenendum, ut, ſi qui eorum, quorum intereſt, minores ſint, præcepta juris, in alienatione rerum pupillarium, ſancita, obſervanda ſint: liberi autem eorum, qui in ea cauſa, ad fideicommiſſum tollendum, mutandumve, juſto modo conſenſerunt, ſine diſcrimine, ſive jam tum nati, ſive non fuerint, jus non habeant, iſtam fideicommiſſi reſciſſionem impugnandi. Ceterum in hac lege nominatim excipitur, ut, quod in ea ſancitum eſſe cautumque diximus, id ad ea tantum fideicommiſſa pertineat, quæ poſt promulgatam hanc legem conſtituta ſint; in iis vero fideicommiſſis, majoratibus, aut ſenioratibus, qui jam ante conſtituti, præcepta juris communis obſerventur.]

Ib. theſ. XXXIII. lin. 8.

poſt verb. *præſente herede,*

[in quo tamen ſunt, qui exigant, ut verba ad heredem præſentem dirigantur a teſtatore, reſp. *F. I. L. Menſ. April.* 1712.]

Lib. II.

Lib. II. Tit. IV. thes. XXXIII. lin. 13.

post verb. *deferri possit jusjurandum:*

[* modo heres ejusmodi ætatis sit, ut ipsi juramentum deferri possit, alias enim ejusmodi fideicommissum non valet, ut jud. F. I. L. m. Febr. 1770. *]

Ib. Not. 4. lin. 1.

post verb. *liberorum*,

[* aut nepotum. *]

Ib. Not. 5. lin. 1.

post verb. *universale*,

[* familiæ quoque, sic resp. F. I. L. m. Mart. 770. conf. Cajo Lipf. *]

Ib. lin. 2.

post verb. *conventionale.*

[saltemque præsentibus duobus testibus fieri potest. a. Landr. *L. I. A.* 13. *L. II. A.* 30.]

Ib. Not. 8. lin. 28.

post verb. *dicitandum esse.*

[* Res in contrarium decisa, ita ut hoc casu liberum sit fideicommissario, juramentum deferre, testibusve uti velit, per *Dec. El. nov. XI. de ao.* 1746. *]

Ib. Not. 9. post lin. ult.

[* hoc casu non solum relatio, sed etiam exoneratio conscientiæ per probationem, diserte vetita est *Decis. nov. XI. de a.* 1746. *]

Ib. post Not. 11.

[* *Nota* 12. Fideicommissum heredi præsenti absque testibus injunctum, non valere, quando hic impubes est, sic jud. F. I. L. m. Nov. 169. Etenim in *l. fin. C. de fideic.* heres jubetur jurejurando se purgare, non heredis tutor. Impubes vero nec ad juramentum compelli, nec admitti potest. *]

Ib. thes. XXXIV. Not. 1. post lin. ult.

[* add. *l.* 22. §. *ult. l.* 55. §. 2. *D. eod.* sic resp. F. I. L. ao. 1763. ap. Hommel. *Rhapf. obf.* 58.

Nota 1b. Trebellianicam cessare in fideicommisso familiæ, *Nov. CXIX. c.* 11. ut jud. F. I. L. m. Majo 769.

Nota 1c. Eandem cessare in fideicommissis pactitiis, quemadmodum ostendit Auctoris filius in *diss. de select. fideicomm. capitib. qu.* 10. sententiam confirmans judicio F. I. L. Sed Fac. Vit. contra sensit ap. Leyser. *Medit. ad Pand. sp.* 402. *coroll.* *]

Lib. II. Tit. IV. thes. XXXIV. Not. 2. lin. 15.

post verb. *deducit.*

[* In omni fideicommisso universali parentes liberosve & Falcidiam & Trebellianicam deducere, resp. F. I. L. a. 763. cons. N. Altonæ, apud Hommel. *Rhapsod. obs. LVIII.* *]

Ib. post Not. 2.

[* *Nota* 2b. Quartam Trebellianicam in fideicommisso familiæ non deduci, *Nov.* 119. *cap. fin.* quamvis Sc. L. contrarium placuerit, m. Mart. 1761. cons. W. H. v. St. *z. Cospoda.* *]

Ib. post Not. 3.

[* *Nota* 3b. Herede fideicommissario mortuo ante testatorem, destitui fideicommissum; & fiduciarius retinet hereditatem, neque cogitur ad eam restituendam fideicommissarii heredibus, sic jud. F. I. L. m. Apr. 769. *]

Ib. Not. 5. lin. 10.

post verb. *Conf. 2. R.* 199.

[nisi testator cautionem remiserit, vel expresse *a. Nov.* 1. *c.* 2. vel tacite, alienationis arbitrio fiduciario permisso: nam tunc causa cautionis cessat *a. l.* 6. *D. l.* 7. *C. ut. in poss. legat. jun. l.* 14. §. 1. *D. ut leg. vel fideic. serv. caus. cau.*]

Ib. Not. 6. lin. 30.

post verb. *C. ut in possess. legat.*

[* quod tamen soiis hisce verbis: der Fiduciarius möge damit, als mit seinem wohlerlangten Eigenthume schalten und gebahren, feciisse non videtur, ut resp. S. L. m. Sept. 1760. cons. M. P. & Cons. Misenæ. *]

Ib. thes. XXXV. p. 326. lin. 4.

post verb. *Consil. hybern. & æstivo.* 1709.

[* pariter F. I. L. resp. m. Jan. 1770. cons. G. z. *Cœlleda.* *]

Ib. post Not. 1.

[* *Nota* 2. Aliud esse, si testator rem familiæ suæ legaverit, tunc enim est verum & purum fideicommissum familiæ: aliud, quando solummodo prohibuit, eam extra familiam alienari; tum quidem etiam fideicommissum est, sed tantum conditionale, scil. quod existente demum casu alienationis effectum sortitur; ita, ut tunc proximus agnatus vindicare possit; Sande *de prohib. rer. alien. P. III. c.* 5. *no.* 4. *sq.* sic resp. F. I. L. m. Jan. 1770. cons. G. z. *Cœlleda.* *]

Ib. thes. XXXVI. post lin. 15.

[Exceptio tamen est 1. in codicillis publicis 2. in minus solennibus, 3. in rogatione heredis præsentis vel legatarii, §. *ult. I. de fideic. hered.* in Saxon. Elect. *Decis.*

Decis. Noviss. XI. d. a. 1746. qui sine testibus valent: 4. in codicillis cæci; in quibus ad præcavendas fraudes octo testes necessarii sunt *l.* 8. *C. qui test fac. poss. R. I. d. a.* 1512. *rubr.* von Testamenten §. 11.]

Lib. II. Tit. IV. thes. XXXVI. Not. 1. lin. 10.

post verb. *M. Nov.* 1710. *dato*,

[* Sic eadem recens resp. m. Aug. 1763. cons. L. 3. Pirna. *]

Ib. Not. 7. post lin. ult.

[Verior tamen haud dubie est eorum sententia, qui, etiam in codicillis, mulierum testimonium excluſum esse volunt, quamvis in foro aliter observetur. demonstravit id novissime post alios Dunius *Comm. de Jure Codicillorum Rom.* 1751.]

Ib. thes. XXXVII. lin. 9.

post verb. *Dec.* 49.

[* item ex matrimonio putativo, Landr. *L. III. art.* 27. *]

Ib. lin. 21.

post verb. 2. *Feud.* 26. §. *naturales.*

[* legitimatos per subsequens matrimonium etiam in feudo succedere, inprimis in Sax. El. resp. F. I. L. m. Jul. 1768. ap. Hommel. *Rhapsod. obs.* 474. *]

Ib. lin. 31.

post verb. *Nov.* 89. *c.* 12. §. 4.

[* hodie non amplius succedunt in sextantem, ut jud. F. I. L. m. Aug. 1766. ap. Hommel. *Rhapsod. obs.* 89. *]

Ib. Not. 6. lin. 5.

post verb. *expiret.*

[* arg. *L. R. Lib.* 1. *art.* 31. 45. *C. El.* 21. *P. III.* *]

Ib. Not. 7. lin. 8.

post verb. *membr.* 3. *n.* 9.

[* hodie ex sententia F. I. L. liberi naturales non succedunt in sextantem *]

Ib. Not. 10. lin 2.

post verb. *filius.*

[* etiam jure Sax. C. El. 47. P. II. Torg. Ausschr. t. welchergestalt die Agnaten, cf. *Dec. El.* 68. *]

Ib. thes. XXXVIII. lin. 5.

post verb. *SCt. Tertull.*

[* cf. supra, *h. l. & t.* §. 37 *not.* 7. *]

Lib. II. Tit. IV. theſ. XL. lin. 3.

poſt verb. *p.* 417. *ſeqq.*

[* & apud Barthium libro ſingulari de Gerada & Heergewetha *c.* 8. § 8. *ſq.* apud Feimlerum in Compendio dicti libri Barthiani, ac apud Hommelin im Pertinenz-Regiſter & *Rhapſodia obſ.* 370. *]

Ib. lin. 9.

poſt verb. *de ſucceſſ. p.* 401. *ſeqq.*

[* nec non apud Barth. *L. cit. poſt cap.* 14. Feimlerum *L. c.* ac ap. Hommel. in dicto catalogo pertinentiarum & Rhapſodia *obſ.* 438. *]

Ib. lin. 11.

poſt verb. *confirmatum.*

[* ex quo, mortua uxore, deficientibus filiabus, integra gereda, relictis vero filiabus pars dimidia veſtium ſtragularum, & linteorum, der Betten und des Leinen-Gerähtes viduo cedit, reliqua gerada penes filias manente, niſi hae ex priori matrimonio natæ ſint, tum enim omnem geradam cum vitrico dividunt; moriente vero femina innupta aut vidua abſque filiabus, neptibus, matre & ſororibus, pater omnes reliquas cognatas etiam ſorores conſanguineas in geradæ ſucceſſione excludit, relictis vero ſororibus uterinis, pater dimidiam accipit; frater ſuccederit ſorori, deficiente patre ac matre, item avia materna & ſororibus; quæ poſteriores tamen, ſi conſanguineæ ſunt, dividunt cum fratribus; vidua decente, abſque filiabus & neptibus ex his, gerada pervenit ad filios nepotes ex iis, excluſis ſororibus & reliquis cognatis. Marito decedente, vidua, præter tertiam bonorum partem, ſuis propriis collatis accipit plenam geradam. *]

Ib. lin. 27.

poſt verb. *a marito profectis.*

[* hodie, neceſſario requiritur, ut res geradiles ab ea poſſideantur & cuſtodiantur, inprimis quando de uxoris gerada agitur, v. Barth. *l. c. cap.* 4. §. 1. *cf. infra not.* 8. *]

Ib. Not. 1. lin. 1.

poſt verb. *civibus*

[* quod hodie ſecus. *]

Ib. poſt lin. ult.

[canonicum tamen, *a. P. III. conſt. El.* 28.]

Ib. Not. 7. lin. 1.

poſt verb. *pertinere* 1)

[* quoad uxorem nobilem *]

Lib. II. Tit. IV. thes. XL. Not. 7. lin. 2.

post verb. *etiam elocatas;* 2)

[* quoad ignobilem *]

Ib. lin. 11.

post verb. *vid.* 2. *R.* 108. 3)

[* quoad uxorem ignobilem *]

Ib. post lin. ult.

[* *Nota* 7b. ad geradam feminarum ignobilium pertinere 1) omnes res, quibus mulier corpus suum vestit & ornat, possessæ ab iis, sine omni exceptione, quo referuntur omnia genera vestimentorum, tum linteorum, tum aliorum ac cetera, quæ ornatus causa gestit, alle Kleider, Anzieh-Wäsche, Schmuck, Kopf- und anderer Putz, Anhänge-Uhren ꝛc. 2) ex reliquis rebus mobilibus, quas femina possidet, quasdam tantum ex recepta DD. opinione vel locorum consuetudine; hæ sunt vel a) ad solum mulieris usum accommodatæ, v. gr. der Nacht-Tisch, matula, receptacula rerum geradilium &c. vel b) ad communem usum domesticum, ut sunt Feder-Betten, Tisch- und anderes leinenes Geräthe, Vorhänge, Spiegel, Teppiche, Stuhl-Küssen, Waschkessel, Braupfannen, Tauf-Sachen, Flachs, ꝛc. quæ cum exceptionibus quibusdam videri possunt in catalogis supra dictis; nulla enim de hoc certa firmaque regula fieri potest. *]

Ib. Not. 8. post lin. ult.

[* cf. supra *annot. ad* §. 40. *h. t.* *]

Ib. Not. 9. lin. 5.

post verb. *proprias reliquit.*

[* Secus est, quando decedente marito nobili, vidua geradam accipit, tum enim mariti oves eo referendæ, Landr. *l.* 1. *art.* 24. *Ord. pr. Sax. t.* 43. §. 4. Barth. *de Gerada c.* 3. *voce* Schaafe, *& c.* 6. *membr.* 1. §. 1. Ceterum oves proprie non ad geradam sed ad morgengabam, de qua infra *h. l. & t.* §. 44. dicetur, referendæ sunt, Barth. *l. c.* *]

Ib. Not. 10. post lin. ult.

[* cf. supra *annot. ad* §. 40. *h. t.* *]

Ib. Not. 11. lin. 2.

post verb. ein gemacht Bette mit Vorhängen,

[* modo lectus viva uxore velis linteis, Vorhängen instructus fuerit. addendum etiam indumentum lecti, ein Ueberzug. De utroque sic jud. F. I. L. m. Mart. 1763. cons. senat. z. Altstadt Eisleben *]

Lib. II.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn816544042/phys_0083
DFG

Lib. II. Tit. IV. thes. XL. Not. 19. post lin. ult.

[* *t.* 1. §. 16. *not.* 1. 2. Ceterum in universum animadverte, jus retorsionis non exercerì a privatis, verum a magistratu, sed prodesse tamen privatis, ut hic proximis agnatis vel cognatis v. *Const. El. Sax.* 38. *P. III.* Ita sæpius judicatum a F. I. L. *]

Ib. post Not. 20.

[* *Nota* 21. feminam super gerada sua per ultimam voluntatem non posse disponere, *Const. El.* 14. *P. II.* nisi heres ipsa sit proxima cognata, tunc enim hæc legatum geradæ tertio relictum, ut heres, præstare tenetur; quemadmodum resp. F. I. L. m. Jan. 1770. At vendi ac donari inter vivos libere potest, modo solennitates legales adhibeantur, atque si marito donat, sit donatio remuneratoria, *const.* 13. *P. II.* cf. supra *L. II. t.* 2. §. 28. *not. sq.* Idem de heergewetha dicendum, cf. Carpz. *ad const.* 38. *P. III. def.* 34.

Nota 22. si filiabus legitima tantum relinquatur, v. g. quando pater eam ex bonis uxoris defunctæ mobilibus præstare tenetur, posse in ipsam pretium geradæ imputari, *const. El.* 11. *P. III.* *]

Ib. thes. XLI. Not. 3. post lin. ult.

[* nisi quod fratres vel sorores unilateres post consanguineos vocantur, cum parœmia juris Sax. halbe Geburth tritt einen Grad weiter etiam in subselliis ecclesiasticis obtineat, ut jud. Consist. L. & senatus appell. apud Küstner. *ad Deyling. P. III. c.* 9. §. 16. Affines vero, Schwäger, in ejusmodi subselliis non succedunt, quia nulla eorum ab intestato est successio. Nisi potius in universum dicere velis, nullam plane esse in iis successionem, sed jus tantum protimiseos proximis agnatis vel cognatis, (dummodo parochiani sint) cui intra mensem præscribitur. *art. gen.* 36. *Rescript. d.* 20. *Jan.* 1633. *Decret. synod. revis.* §. 85.

Nota 3b. aliud obtinere quoad capellas, in quibus spectandum ad formulam concessionis, qua primus possessor eam acquisivit, in qua plerumque constituitur, quis esse debeat in eorum successione ordo, & utrum possessor de iis testari possit vel minus. *]

Ib. Not. 7. post lin. ult.

[* Sic jud. F. I. L. m. Jan. 1770. *]

Ib. thes. XLII. Not. 2. post lin. ult.

[* At vero ex statuto locali sponsam successionem petere non posse, jud. Sc. L. m. Apr. 1762. cons. præfecto z. Belzig. *]

Ib. thes. XLIII. Not. 1. post lin. ult.

[* Inter activa tamen, quæ lucratur viduus, non referenda est pecunia hereditaria, cujus

cujus dies, moriente uxore, nondum venit, unbetages Erbegeld, ſec. *Conſt. El. Sax.* 21. *P. III.* Sub hac pecunia intellige etiam eam, quæ debetur ex prædio paterno, vendito ab uxore ejusque coheredibus, ſic reſp. F. I. L. m. Nov. 1763. conſ. Oe. 3. Cloſchwiz. *]

Lib. II. Tit. IV. theſ. XLIII. Not. 2. lin. 3.

poſt verb. Landr. 45.

[* ſic jud. F. I. L. ao. 1768. ap. Hommel. *Rhapſ. obſ.* 472. *]

Ib. lin. 15.

poſt verb. *prouti infra*

[* *L. III. t. XI.* §. 3. *not.* 8. *]

Ib. Not. 4. lin. 2.

poſt verb. *quemadmodum dixi*,

[* *h. l. & t.* §. 40. *]

Ib. Not. 5. poſt lin. ult.

[* Sed eam ex manibus vidui accipere, non ipſi hoc nomine bona defunctæ occupare debent, uti jud. F. I. L. m. Nov. 763. conſ. præfecto Dresd. *]

Ib. theſ. XLIV. lin. 2.

poſt verb. *de qua ſupra*

[* *h. l. & t.* §. 40. *cum not.* 7. *&* 9. *]

Ib. lin. 4.

[* ac apud Barthium *de gerada c.* 6. *membr.* 3. §. 3. it. apud Hommel im Pertinenz-Regiſter & Rhapſ. obſerv. 313. *]

Ib. poſt lin. ult.

[* *t III.* §. 12. 5) *ſuſervita*, Eingeſchneitel, h. e. certa portio eſculentorum vel potulentorum, aliarumve rerum quotannis ad eo meliorem ſuſtentationem præſtandorum; quæ tamen, niſi prævia e ſtipulatione, non debetur; Barth. *d. lib. membr.* 4. §. 18. At vero, ſi generaliter tantum promiſſa, non additis ſpeciebus vel numeris, res arbitrio judicis relinquenda, ut reſp. F. I. L. ap. Hommel. *Rhapſ. obſ.* 479. *]

Ib. Not. 1. lin. 4.

poſt verb. *vid. ſupra Lib. I.*

[* *t. III.* §. 12. *]

Ib. Not. 2. poſt lin. ult.

[* & ap. Barth. *l. c.* §. 4. *]

Ib. poſt Not. 5.

[* *Nota* 6. Uxorem nobilem, quæ ex teſtamento mariti heres eſt, morgengabam & comeſtibilia, niſi contraria conventione facta, petere non poſſe, *Conſt. El.* 37.

El. 37. *P. III.* quod tamen non ad legata proferendum, censuerunt Sc. L. m. Apr. 762. cons. I. W. M. Lipsiæ. *]

Lib. II. Tit. IV. thes. XLV. Not. 1. lin. 2.

post verb. *tertiam deberi:*

[* Scilicet, juxta statutum Lips. facta prius propriorum bonorum collatione, excepta tamen gerada, quam præter tertiam partem hereditariam retinet. Habet etiam jus optionis, successioni renunciandi & propria bona repetendi. *]

Ib. post Not. 3.

[* *Nota* 3b. Viduas vasallorum, donec iis plenarie satisfactum fuerit, in bonis feudalibus non solum jure retentionis gaudere, sed etiam ex iis alimentationem accipere, *C. El.* 25. *P. II.* quod tamen cessat, si non in ipsa actuali bonorum feudalium possessione sunt; nam possessio animo retenta, non sufficit; in jud. F. I. L. m. Febr. 1770. *]

Ib. post Not. 5.

[* *Nota* 5b. Viduam, quæ portionem statutariam eligit, pro coherede mariti non esse habendam, adeoque jura hereditaria in eam non transferuntur, ita jud. F. I. L. m. Mart. 764. cons. præs. Longosalisensi. Alias enim sequeretur, quod, si maritus in reliquis hereditatis partibus alios heredes scribit (nam portioni statutariæ uxoris per testamentum derogare nequit, v. supra *not.* 4) eum tunc partim testato, partim ab intestato decedere. Deinde viduæ ut aliquam bonorum mariti partem consequi possit, propria sua bona, aliunde acquisita, conferenda sunt, ac jure retentionis gaudet, Carpz. *P. II. const.* 25. *def.* 9. quod utrumque de eo, qui heredis jure succedit, vix dicendum. Unde probo eorum sententiam, qui, viduam portionem statutariam ex manibus heredum accipere debere, dicunt. Neque Const. 20. P. III. non utitur verbo erben, sed nehmen, haben, es soll ihr aus der Verlassenschaft folgen, sie kann zu dem vierten oder dritten Theile greifen. Idem innuere videntur verba: nach Bezahlung aller Schulden, ut scilicet ab heredibus massa constituatur, & deducto ære alieno, ab iis exsolvendo, residui tertia vel quarta pars viduæ detur. Unde nec hæc audienda fore mihi videtur, si relictorum immobilium investituram pro tertia vel quarta parte a magistratu petere velit, cf. Menck *Pand. L. V. t.* 2. §. 13. nec heredes, si conventi a defuncti creditoribus exceptionem coheredis opponerent.

Nota 5c. Etiam extra Saxoniam Elect. viduam, cui ex statuto aliqua portio hereditatis debetur, bona propria conferre debere, ut jud. F. I. L. m. Mart. 1769 & aliquoties alias, relicta majorum contraria sententia, cf. infra *h. L. & t.* §. 51. *not.* 2. *]

Lib. II.

Lib. II. Tit. IV. thes. XLV. Not. 10. lin. 4.

post verb. *pro rata erogant*,

[* ut jud. F. I. L. m. Apr. 1768. conf. jud z. *Clodra*. *]

Ib. lin. 7.

post verb. *dixi Lib. I.*

[* *t. III.* §. 8. *not.* 5. *]

Ib. post lin. ult.

[* *Nota* 10b. Viduæ deberi alimenta intra tricesimum; quippe per quod tempus defunctus adhuc vivere præsumitur, it. vestimenta lugubria modica, ut jud. F. I. L. m. Dec. 1768. conf. præf. z. *Glaucha* *]

Ib. thes. XLVI. Not. 4. post lin. ult.

[* Sed nec ejusmodi edictalis citatio, nec hereditatis adjudicatio uni ex comparentibus facta, nocet vero proximo heredi, quippe qui non obstante ista adjudicatione petere potest hereditatem a possessore, donec hæc actio per tricennariam præscriptionem extincta sit. Quæ constans est F. I. L. opinio, ac ita jud. m. Nov. 1763. conf. judice z. Beitsch. ac. ap. Hommel. *Rhapf. obf.* 106. Nam in actionibus hereditariis, adversus extraneum, probata consanguinitate, propiores deficere præsumuntur, v. infra *h. l. & t.* §. 54. *not.* 2. *]

Ib. Not. 6 lin. 5.

post verb. *Lauterb. p.* 122.

[* ita resp. Sc. L. m. Jun. 1762. conf. H. z. Zörbig. *]

Ib. thes. XLVIII. Not. 1. post lin. ult.

[Quatenus is, qui pactis successoriis de hereditate sua caverit, vivus adhuc bona obligare aut alienare possit, etiam immobilia, nisi huic juri nominatim renunciaverit, in Sax. El. definitum est *Decis. Noviss. XIII. d. a.* 1746. vid. *supra p.* 104.]

Ib. Not. 5. lin. 11.

post verb. *M. Febr.* 1694.

[* & m. Sept. 1766. ap. Hommel. *Rhapf. obf.* 63. *]

Ib. Not. 9. lin. 6.

post verb. *quam augeri deinceps possint.*

[conf. *Decis. noviss. XIII. a.* 1746.]

Ib. Not. 10. lin. 4.

post verb. *ut supra*

[* *h. L. & t.* §. 37. *not.* 4. *]

Lib. II. Tit. IV. thes. XLIX. lin. 36.

post verb. *nomine collectivo comprehendatur*,

[* unde possessione agrorum, hereditariorum in universum apprehensa, in singulis agris defuncti possessionem continuare videtur, ut jud. F. I. L. m. Jan. 1769. cons. præs. z. Weissensee. cf. infra *h. L. t.* 6. §. 4. *n.* 1. *]

Ib. lin. 39.

post verb. *de qua dicetur infra lib.* 3.

[* *t. VI.* §. 5. *]

Ib. Not. 4. post lin. ult.

[custodia etiam prius competit heredi, nec non adprehensio possessionis, ne quis alius vacuam possessionem occupet, Carpz. *P. III c.* 14. *d.* 16.]

Ib. Not. 5. lin. 2.

post verb. *vel omitt. hered.*

[etiamsi filius in legitima sit institutus, *a. Nov. CXV. c.* 3. vel in feudo, 2. *F.* 45. *P. II. C. El.* 47.]

Ib. thes. L. lin. 7.

post verb. *de qua dicetur infra lib.* 3.

[* *t. VI.* §. 3. *]

Ib. Not. 1. post lin. ult.

[Hodie in Sax. El. *O. P. S. R. T. XVII.* §. 1. eam in rem cautum est, ut reassumtio litis heredibus penitus abrogata sit, heredesque ipso jure litem continuare, aut, si sunt heredes actoris, liti, restitutis expensis, a defuncto commissis, renunciare teneantur: iique beneficio deliberandi uti prohibentur, litemque interim nihilominus prosequi jubentur, ita tamen, ut fatalia non nisi post quatuor menses ipsis currant.]

Ib. Not. 5. lin. 2.

post verb. Auffiegelung;

[Carpzov. *P. III, c.* 33. *d.* 10.]

Ib. lin. 6.

post verb. *in duplum.*

[*Decis. El.* 57.]

Ib. lin. 12.

post verb. *testatur.*

[* potius unicuique creditori, primum venienti, solvere potest & debet, etsi post ea hereditas, ad universis satisfaciendum, non sufficere reperiatur; ita jud. F. I. L. ap. Hommel. *Rhapsod. obs.* 376. *]

Lib. II.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn816544042/phys_0088
DFG

Lib. II. Tit. IV. thes. L. Not. 5. post lin. ult.

[Beneficium hoc ceterum efficit, ut, dum conficitur inventarium, sustineantur differanturque omnes actiones adversus heredem, ut hic adeo neque creditoribus, neque legatariis vel fideicommissariis respondere debeat, *L.* 22. §. 11. *C. de jur. del.* cum alioqui statim post novem dies, *Nov. CXV. c.* 5. & in Sax. El. post diem tricesimum cum eo agi possit Landr. *L. III. art.* 15. Carpz. *P. III. c.* 14. *d.* 15.]

Ib. Not. 8. lin. 12.

post verb. *decad.* 2. *controv.* 8.

[* nunc recepta; sic enim quotidie judicare solet F. I. L. ac judicavit ap. Hommel. *Rhapf. obf.* 22. & 58. *in fine* *]

Ib. Not. 9. lin. 3.

post verb. *liberorum lædatur*.

[* ac, modo, ne uxor hac remissione abutatur; nam si legitima suspicio adsit, eam res hereditarias surripuisse, nihilominus adigi potest ad juratam specificationem, ut ut jud. Sc. L. m. Sept. 1760. conf. Senat. Olsnizensi *]

Ib. Not. 11. lin. 2.

post verb. der Jüngste wählt.

[* Landr. *L.* 3. *art.* 29. cf. Jus provinc. Suevicum *cap.* 266. *art.* 2. item Glossam *ad art.* 32. des Sächs. Lehnr. art. 32. *]

Ib. lin. 3.

post verb. *aut duo fœminæ:*

[* nam ad has etiam regulam, non obstantibus verbis des Sächs. Landr. wenn zween Mann ein Erbe nehmen, pertinere, resp. F. I. L. m. Nov. 1769. conf. z. Allerstädt. *]

Ib. lin. 5.

post verb. *an minor.*

[* cessat autem hoc jus, si res hereditaria primum duobus coheredibus pro indiviso attributa, inter hos demum postea dividenda veniat, ut jud. F. I. L. m. Sept. 1768. conf. Sen. Oelsniz. *]

Ib. lin. 9.

post verb. *M. Octobr.* 1708.

[* ac m. Nov. 1769. *]

Ib. thes. LI. Not. 1. lin. 2.

post verb. *arg. l.* 10. *de R. I.*

[* contraria sententia placuit F. I. L. m. Apr. 769. conf. D. Z. Lipsiæ *]

Lib. II. Tit. IV. thes. LI. Not. 1. post lin. ult.

[conf. Huber. *Præl. ad Pand. h. t.* §. 5. & ita resp. *F. I. L. M. Jan.* 1714. 1720.]

Ib. Not. 2. lin. 3.

post verb. *const.* 20. §. *ult.*

[conf. Carpz. *ad d. C. def.* 24. *seqq.*]

Ib. lin. 4.

post verb. *usualis.*

[* Aliter resp. F. I. L. m. Aug. 763. conf. L. z. Pirna, ex ratione, quia statuta ita interpretari decet, ut juri communi, (in Saxonia El. dictæ Constitutioni 20.) magis conveniant, quam inde recedant. Similiter judicavit m. Mart. 769. conf. præf. Dessavienß cf. supr. *h. L. & t.* §. 45. *Not.* 5c. *]

Ib. post lin. ult.

[Carpz. *P. III. Const.* 20. *d.* 9.]

Ib. Not. 5. lin. 3.

post verb. *N.* 92. *c.* 1.

[* Ita jud. F. I. L. m. Maj. 769. conf. jud. z. Cannewitz. *]

Ib. Not. 7. lin. 12.

post verb. *ut infra lib.* 3.

[* *t.* 5. §. 30. *not.* 1. *]

Ib. Not. 8. lin. 17.

post verb. *de negot. gest.*

[tum enim ex his potius sumtus erogasse pater censetur, quam ex suis, Carpzov. *P. III. c.* 8. *def.* 19.]

Ib. lin 39.

post verb. *Term. Michael.* 1707.

[δ) tam magni fuerint, ut reliquis liberis salva non sit portio legitima, *d. Decis. a. Nov. XCII. c.* 1.]

Ib. Not. 9. post lin. ult.

[* conf. supra *h. L. & tit.* §. 51. *not.* 2. *&* §. 45. *not.* 5c. *]

Ib. thes. LII. Not. 1. lin. 5.

post verb. *Dec.* 57.

[* cf. *Resol. Grav. de ao.* 1661. tit. von Just. Sach. §. 70. *]

Ib. thes. LIII. lin. 9.

post verb. *adipiscendæ possessionis.*

[Atque ergo, si possessio, semel jam quæsita, aut amissa, aut turbata est, eam,

non

non hoc, sed alio, remedio, vel recuperare vel retinere licet, *a, l.* 14. *D. de leg.* Carpzov. *L. VI. Resp.* 19. *n.* 7.]

Lib. II. Tit. IV. thes. LIII. Not. 2. lin. 3.

post verb. *de quibus supra*

[* *h. L. t. IV.* §. 29. *not.* 10. *]

Ib. thes. LIV. Not. 3. lin. 6.

post verb. *de qua dixi lib.* I.

[* *t. IV.* §. 6. *cum not.* 11. *]

Ib. Not. 4. lin. ult.

post verb. *quorum bonorum*,

[* mox supra §. 53. *h. L. & t.* *]

Ib. Not. 13. post lin. ult.

[* *h. L. & t.* §. 34. *]

Ib. thes. LV. lin. 6.

post verb. *dixi supra.*

[* *h. L. & t.* §. 14. *sq. &* 20. *]

Ib. Not. 4. lin. 1.

post verb. *de qua supra*

[* *h. L. ac t.* §. 14. *not.* 2. *]

Ib. lin. 3.

post verb. *de inoffic. don.*

[* cf. supra *L. II. t.* 2. §. 29. *]

Ib. lin. 13.

post verb. *de inoffic. test.* §. 20.

[Noodt. *Comm. Dig. de inoff. test.* cf. supra]

Ib. post lin. ult.

[* *t.* 6. §. 3. *]

Ib. thes. LVI. lin. 3.

post verb. *adulterium conjugis.*

[* &, quæ huic fere æquiparatur, malitiosa desertio, *P. III. Const. Et.* 26. ubi notandum, quod exceptio, in hac Constitutione obveniens: nisi matrimonium per sententiam dissolutum fuerit; ita sit intelligenda, ut tunc non opus sit contradictione heredum, nam, soluto matrimonio, nulla est hereditatis successio; nec puto, verba cum Carpz. *def.* 15. 16. 17. *adh. Const.* de casu separationis judicialis quoad thorum & mensam, accipienda esse, quippe quod vocabulum Ehescheidung pati non videtur, cf. infra mox *not.* 3. *]

Lib. II.

Lib. II. Tit. IV. thes. LVI. lin. 13.

post verb. *vid.* 1. *R.* 162.

[* conf. *l.* 7. §. 4. *de bon. damn. l.* 3. *de his, quæ ut indign.* Ad gravem injuriam etiam pertinet, si quis testatori statum controversiæ moverit, *l.* 9. §. *fin. de h. qu. ut ind.* *]

Ib. post lin. 37. &

post verb. *Struv. ad A. Matthæi de succeſſ. c.* 19. §. 15.

[* 5) si adulter adulteræ quicquam legat, aut vice versa *l.* 13. *d. h. qu. ut jud.* 6) si uxor maritum heredem instituit, quam ducere leges prohibebant, *l.* 2. §. 1. *eod.* 7) si testator, post factum testamentum, heredem voluntatem suam, testamento scriptam, non mereri, declaraverit, *l.* 4. *C. eod.* his tribus casibus relicta fisco vindicantur. *]

Ib. Not. 3. post lin. ult.

[Carpz. *P. III. c.* 7. *def.* 23. 24.]

Lib. II. Tit. V. thes. I. lin. 10.

post verb. *de qua dicetur infra lib.* 4.

[* *t.* 39. §. 2. *not.* 2. *]

Ib. Not. 1. lin. 2.

post verb. *de quo agitur lib.* 3.

[* *t.* 2. §. 15. *sq.* *]

Ib. Not. 3. lin. 7.

post verb. *dixi supra lib.* 1.

[* *t.* 2. §. 12. *not.* 1. *]

Ib. Not. 4. lin. 6.

post verb. *at neutrius Collegiis V.*

[* nec Lipsiensibus *]

Ib. Not. 5. lin. 7.

post verb *sero nimis deplores.*

[* in F. I. L. constans est opinio, emtorem prædii, quod, dum venditor maritus possidebat, pignori tacito, ob uxoris illata, obnoxium erat, ab hac actione hypothecaria conveniri non posse, nisi uxor probet, sibi ex mariti bonis aliunde satisfieri non posse; itaque tertius possessor tantum in subsidium tenetur. Sic jud. m. Oct. 1770. *]

Ib. thes. II. Not. 1. lin. 7.

post verb. *obligata esse.*

[* jure Sax. absentes in bonis curatorum hypothecam tacitam habere, inde colligitur, quod

quod in Ord. proc. rec. *tit. XLV.* §. 1. inter eos numerantur, quibus, abrogato tunc omni pignore tacito, ejus loco hypotheca expressa constituenda erat; unde cum illud, exceptis legatis & fideicommissis, Mandato regio *d.* 24. *Sept.* 1734. in universum revivisceret, & hodie bona Curatoris absenti tacite oppignorata putantur; inprimis, cum sub initium ejusd. Mand. absentes ratione hypothecæ tacitæ pupillis diserte æquiparentur; unde sic sæpissime jud. F. I. L. *]

Lib. II. Tit. V. thes. II. Not. 3. lin. 3.

post verb. *quæ sententia in foro valet.*

[* quamvis dissentiant alii, quia hoc personale sit beneficium, *Coler. Decis.* 274.]

Ib. Not. 5. post lin. ult.

[In dubio igitur tutores similesque rem non suo, sed pupilli nomine emisse censentur *a. L.* 51. *D. pro soc.* Carpz. *p.* 1. *c.* 28. *d.* 109. *p.* 2. *c.* 11. *d.* 27.]

Ib. thes. III. lin. 27.

post verb. dergleichen.

[Quod quidem jus in Sax. El. etiam civitatibus & universitatibus datum est in bonis administratorum *O. P. S. Tit. XLV.* §. 3. *sq*] [* at, post restitutas in Sax. El. ao. 1734. tacitas hypothecas, (v. infra *L. IV. t.* 31. §. 2. *class.* 3. *sub finem animadversionum*) solummodo fisco principis, tacita hypotheca in bonis administratorum ac ex contractu (nam tributis peculiaris in concursu creditorum classis assignata est, *O. P. R. ad tit. XLII.* §. 8.) concedi, & sic a F. I. L. judicari solet, ob verba Mandati *d.* 24. *Sept.* 1734. circa initium fere, unsern fisco; quamvis de eo dubitari possit, qua mox in ipsa decisione legislator iisdem verbis generalibus: dem fisco, utitur, quæ antea in O. P. S. *tit. XLIII.* §. 5. & in O. R. *ad t. eund.* ac *XLV.* §. 3. reperiebantur. *]

Ib. Not. 1. lin. 2.

post verb. *l.* 28. *de jur. fisci.*

[* ut jud. F. I. L. m. Apr. 769. cons. Regimine Guelferbytano. *]

Ib. Not. 2. lin. 7.

post verb. *obligata sunt p.* 1. *c.* 28.

[* Jure Sax. El. præter fundum tributarium, etiam bona mobilia, non reliqua immobilia, attingit. *]

Ib. Not. 5. lin. 20.

post verb. *l.* 28. *de jur. fisc.*

[* sic resp. F. I. L. quoad bona post susceptam administrationem quæsita, m. Oct. 1768. cons. R. zu Sangerhausen. *]

Lib. II. Tit. V. thes. III. post Not. 7.

[* *Nota* 8. Hypothecam tacitam, fisco ex causa pœnarum competentem, jure civili cessare, quando concurrit cum creditoribus, *l.* 17. *l.* 37. *D. de jur. fisc.* *]

Ib. thes. IV. Not. 2. lin. 5.

post verb. *Carpz.* I. 28. 175. *& 4. Resp.* 17.

[* inprimis in F. I. L. *]

Ib. lin. ult.

post verb. *quæ infra lib.* 4.

[* *t.* 31. §. 2. *not.* 10. *]

Ib. Not. 3. post lin. ult.

[* F. I. L. nec liberis jus prælationis concedere solet, ut sæpe judiciari memini. *]

Ib. Not. 4. lin. ult.

post verb. *v. c. geradicis.*

[Carpzov. *P. II. c.* 24. *def.* 4.]

Ib. thes. V. Not. 3. post lin. ult.

[In Saxon. Elector. tacitas hypothecas plane abrogavit *O. P. S. R. T. XLV.* §. 1. *seq.* ita quidem, ut futuras vetaret, jam cœptas autem post sexennium exspirare vellet, iis denique personis, quibus de jure civili competiissent tacita hypotheca, prospici a magistratibus juberet, constituendo hypothecam judicialem expressam. Sed quoniam perquam difficile factu erat, ut expressa hypotheca in locum tacitæ substitueretur, primum prorogatio hypothecarum tacitarum, jam tempore *O. P. R.* cœptarum, in biennium facta est *Mand. d.* 26. *Jul.* 1730. eademque prorogatio repetita *d.* 2. *August.* 1732. deinde vero *Mand. d.* 24. *Sept.* 1734. omnes tacitæ hypothecæ, exceptis nonnullis, restitutæ, derogatumque est sanctioni *O. P. S. R. l. c.* Sunt autem exceptæ hypothecæ tacitæ, maritorum in bonis ejus, qui dotem promisit, legatorum & fideicommissorum, refectionis ædium, locatorum, annuorum redituum, quæ, uti in *O. P. S. R.* abrogatæ sunt, ita etiam prohibitæ manere jussæ sunt. Quamquam sunt, qui existiment, exceptam tantum esse hypothecam tacitam legatorum & fideicommissorum, & redituum annuorum, propterea, quod in *laud. Mand.* hæc tantum excepta nominatim reperitur, omnes autem tacitæ hypothecæ *in genere* disertæ restituuntur.] [* quarum sententiarum prior in foro ac dicasteriis recepta; cujus rei causa sine dubio ea est, quod mariti, quibus dos promissa, creditores ad emtionem vel refectionem fundi & locatores, in priore d. Mandati parte, inter eos, quibus revocatio hypothecarum tacitarum utilis esse dicitur, non recensentur; quamvis mox generalis sanctio addatur, solis legatis & fideicommissis nominatim exceptis. Annuis vero reditibus redimibilibus, ante

O. P. R.

O. P. R. oriundis jus reale manere, postea vero constitutis defuturum, in eod. Mandato diserte sancitum. *]

Lib. II. Tit. V. thes. VI. lin. 3.

post verb. *l. 4. in quib. caus. pign.*

[* hoc pignus legale hodie quidem cessat, ex sanctione *O. P. R. ad tit.* 45. §. 4. attamen ejus loco jus retentionis in rebus illatis inquilini, quemamodum in fructibus natis coloni, concessum, quod non minus jus prioritatis operatur, ex Rescripto ad dicasteria dato *d.* 1. *Aug.* 1764. *]

Ib. thes. VII. lin. 6. post verb. ult.

[*O. P. S. Tit. XLVII. pr.*]

Ib. Not. 1. lin. 11.

post verb. *vel rei fitæ, competentem.*

[Ceterum in Sax. Elect. *O. P. S. R. Tit. XLVIII.* §. *un.* constitutum est, ut in posterum nullum amplius jus reale, aut prælationis, per arrestum impetretur: id unum permittitur creditoribus, cum debitor non est solvendo, a magistratu judicialem inhibitionem alienationis & oppignorationis, certis rationibus, impetrare: *O. P. S. R. Tit. LI.* §. *un.*]

Ib. post lin. ult.

[* *t.* 30. §. 3. *]

Ib. Not. 2. lin. 3.

post verb. *non constituitur jus reale.*

[* hodie omnino constituitur *]

Ib. post verb. ult.

[* *t.* 29. §. 1. *not.* 3. *]

Ib. thes. VIII. Not. 2. post lin. ult.

[In Sax. El. tamen hodie omnis ficta traditio in constituendo pignore rerum mobilium plane repudiata est, *O. P. S. R. Tit. XLIV.* §. 2.]

Ib. Not. 4. lin. 1.

post verb. *Pignus judiciale,*

[* scilicet conventionale s. privatum, de quo h. §. agitur *]

Ib. lin. 9.

post verb. *Mev.* 5. *Decis.* 157.

[Sed hæc hypotheca extrajudicialis, præsentibus duobus tribusve testibus constituta, omni effectu caret hodie in Sax. El. *O. P. S. R. Tit. XLVI.* §. 1. *p.* 274.]

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn816544042/phys_0095
DFG

Lib. II. Tit. V. thes. VIII. Not. 4. lin. ult.

post verb. *in pign. cessat*,

[*Decis.* 60. Carpzov. *P. II. c.* 23. *def.* 9. modo tamen tradantur vere, sine vera traditione enim hypotheca mobilium rerum plane non valet, *O. P. S. R. Tit. XLIV.* §. 2.]

Ib. Not. 5. lin. 2.

post verb. *& judiciali*,

[* nempe necessario, s. publico, v. supra *h. l. & t.* §. 1. *& 7.* *]

Ib. Not. 7. post lin. ult.

[In Sax. El. de feudis rusticis, iisdemque masculinis, cavit proprie *Mandat. d.* 4. *Nov.* 1730. quo repetita sunt generalia mandata *d.* 25. *April.* 1623. & 17. *Dec.* 1669. ut præfecti, petito a possessoribus feudorum masculinorum in hypothecam consensu, ante quam eum interponant, ad collegium Cameræ, adnotatis singulis causis, adjectaque sententia sua, ex officio relationem faciant.]

Ib. thes. IX. Not. 2. post lin. ult.

[In Sax. El. hodie nulla hypotheca generalis sive judicialis, sive extrajudicialis, sive in rebus mobilibus, sive immobilibus, constituta, ullam vim habet in concursu creditorum, aut contra tertium possessorem: sed pignus constituendum est in certis rebus immobilibus, consensu Judicis ejus, cujus jurisdictioni eæ res subjectæ sunt, & in feudis, cum consensu domini directi, *O. P. S. R. Tit. XLIV.* §. 1.]

Ib. Not. 3. post lin. ult.

[Hodie in Sax. El. quamvis generalis hypotheca omnino sublata sit, tamen adhuc licet, creditori pignus speciale, unius ejusdemque crediti nomine, in duabus pluribusve rebus certis immobilibus, consensu Judicis, constitui, & arbitrio creditoris permissum est, unius, an alterius etiam, nomine, experiri malit. Verum in rebus mobilibus omne pignus destituitur effectu, nisi pignus simul vere tradatur, omni ficta traditione penitus, hac in causa, proscripta. Qua vera traditione facta, tale jus reale impetrat creditor, ut ex eo pignore ei satisfaciendum sit præ omnibus iis creditoribus, qui in prima classe non ponuntur. Plane etiam in nominibus nullum jus reale creditor consequitur, nisi documentum, loco pignoris, simul traditum, & in creditis, consensu Judicis confirmatis, cessio judicis auctoritate facta, aut in debitis feudalibus, consensu domini directi, translatio hypothecæ facta fuerit. Ceterum qui ante motum concursum executionem impetravit, jure reali fruitur ex tempore executionis *O. P. S. R. Tit. XLIV.* §. 2. *p.* 256. Atque hæ speciales hypothecæ judiciales, post creditores primæ classis, in secunda classe, secundum ordinem temporis, locantur, ita tamen, ut singuli ex prædio, hypothecæ supposito, tantum

solutionem

solutionem accipiant. *O. P. S. R. Tit. XLVI.* §. 1. *p.* 273. In feudis autem nulla, nisi consensu domini directi expresso constituta, hypotheca valet: donativum vero, quod in locum servitiorum subrogatum est, das Präsentgeld, quatenus in numero onerum feudalium est, secundum *Decis. El.* 32. in prima classe ponitur. *O. P. S. R. Tit. XLV.* §. 6. Ceterum in feudis Amtsassiis, quæ a præfectis non habent investituram, consensus Curiæ feudalis, non Præfectorum, necessarius est: solaque confirmatio contractus, quamvis de omnibus partibus atque clausulis facta, vim consensus non habet *O. P. S. R. Tit. XLVI.* §. 3. *p.* 274.]

Lib. II. Tit. V. thes. X. lin. 7.

post verb. *ut supra*

[* *L. I. t.* 3. §. 10. *not.* 21. *]

Ib. lin. 10.

post verb. *libri studiosorum*,

[*O. P. S. R. T. XXXIX.* §. 5.]

Ib. Not. 2. post lin. ult.

[* Hodie in concursu creditorum, nisi hypotheca expressis verbis ad solam sortem restricta sit, usuræ etiam in eadem quidem classe, sed nonnisi trium posteriorum ante concursum annorum, impensæ vero creditoris hypothecarii in liquidando consumtæ plane non locantur, *Dec. El.* 10. *O. P. S. R. ad t. XLVI.* §. 3. *& ad t. XLII.* §. 1. *]

Ib. Not. 3. lin. 3.

post verb. *Decis.* 28. *&* 40.

[* idem de hypotheca allodiali dicendum, *O. P. R. ad t. XLVI.* §. 2. *]

Ib. lin. 32.

post verb. *hypotheca tacita negatur;*

[* negata etiam est *O. P. R. ad tit.* 45. §. 6. At vero, in quantum subsidiario adhuc hodie competat, v. ap. Hommel. *Rhapsod. obs.* 313. *]

Ib. thes. XII. Not. 1. post verb. ult.

[* de quo v. infra *L. III. t.* 9. § 8. *not.* 2. *]

Ib. Not. 6. lin. ult.

post verb. *ut supra*

[* *h.* §. *not.* 2. *]

Ib. thes. XIII. Not. 4. lin. 8.

post verb. *dixi E. D. F. pag.* 1362.

[atque in eam etiam sententiam sanxit *Decis. Nov. VII. d. a.* 1746. Namque ita cavet, ut, alienato prædio, in quo creditor habeat hypothecam judicialem, creditori

liberum sit, debitorem prius, an possessorem fundi oppignorati, crediti nomine, convenire malit; quamvis usuras a debitore etiam post alienationem acceperit: utque adeo adversus eam actionem possessor non habeat exceptionem excussionis, etiamsi eam sibi pepigerit, & debitor ipse solvendo sit.]

Lib. II. Tit. V. thes. XIV. lin. 2.
post verb. *retinenere posse.*

[* hoc jus, quo creditor, accepto debito, in cujus securitatem pignus constitutum erat, id retinet alius debiti chirographarii causa, confirmatum est in Sax. Rescripto Principis ad dicasteria dato *d.* 1. *Sept.* 1764. *]

Ib. Not. 1. lin. ult. post verb. ult.
[* cf. mox §. 15. *sub litt. b)* *]

Ib. thes. XV. lin. 4.
post verb. *ut supra*
[* *h. L. & tit.* §. 4. *]

Ib. Not. 6. lin. ult. post verb. ult.
[* h. t. §. 10. ac dicetur infra *L. III. t.* 5. §. 5. *not.* 2. *]

Ib. Not. 7. lin. 3.
post verb. *ut supra*
[* *h. t.* §. 10. *not.* 3. *]

Ib. thes. XVI. Not. 1. lin. 2.
post verb. *similiter extingui*,
[* *Decis. El.* 31. *]

Ib. Not. 3. lin. ult. post verb. ult.
[* *t.* 29. §. 4. *not.* 3. *]

Ib. Not. 4. lin. 1.
post verb. *solum consensum*
[* creditoris, qui prius hypothecam habet, ulteriorem *]

Ib. post Not. 7.
[* *Nota* 8. Neque creditorem pignoratitium vel hypothecarium præscriptione uti posse adversus creditorem, ad impediendam rei oppignoratæ, solutione debiti, liberationem, *const.* 1. *P. II.* *]

Lib. II. Tit. VI. thes. II. Not. 4. lin. 4.
post verb. *in materia traditionis*,
[* *L. II. t.* 2. §. 18. *sq.* *]

Ib. Not. 5. lin. ult. post verb. ult.
[* *t.* 30. §. 5. *not.* 10. *]

Lib. II.

Lib. II. Tit. VI. thes. III. Not. 1. lin. 20.

post verb. *l. ult. C. de quib. mun. vel. præstat,*

[In Sax. El. de hac re satis luculenter cavit *Mandatum d.* 31. *Aug.* 1737. Die Einrichtung des Straßenbauwesens betr. [* cf. *Mand. d.* 19. *Apr.* 1763. Utriusque hæc summa est: 1) vias vicinales sternendas esse ac reparandas ab incolis pagorum, per quos transeunt, item ab iis, quibus concessum est a principe jus exigendi portorium, ein Geleite; 2) in viis regiis muniendis incolas pagorum, præfectis immediate subjectorum, operas manu & jumentis gratis facere debere, quoniam immunes sunt a vectigali portorii publici; 3) ad easdem operas cogi etiam posse reliquos subditos, ab hoc vectigali non exemtos, attamen facta earum æqua æstimatione; 4) ad fossas, viis publicis adjacentes, effodiendas, singulos fundorum vicinorum contingentium, possessores teneri. Ceterum huc etiam pertinet onus, dominis jurisdictionalibus aut magistratibus municipalibus incumbens, erigendi, ac reparandi statuas prope viam regiam positas, die Wege und Postsäulen, in quorumcunque jurisdictione vel fundo collocatæ sint, aut collocandæ videantur; data tamen venia, subditos ad partem impensarum vocandi, vid. Rescr. *d.* 19. *Sept.* 1721. Mand. *d.* 24. *Jul.* 1722. *d.* 7. *Sept.* 1724. *d.* 6. *Mart.* 1748. & Rescr. *d.* 31. *Aug.* 1753. *] & de reparatione viarum urbanarum, in *Cod. Aug. Mandat. d. a.* 1714. 1716. 1720. item recentiora *d. a.* 1735. & *d.* 11. *Sept.* 1743.]

Ib. lin. 22.

post verb. *æstate fluxit, tit. π.*

[* unde nec licet, aquæ publicæ vicino, sive flumen sit, sive rivulus, eam intercipere & ad irrigandos fundos suos derivare, neque etiam prohibere, ne naturaliter in ipso cursu suo aliorum inferius jacentium prata irriget; secus tamen est, si aqua sit, nonnisi a frequenti pluvia collecta. ut jud. F. I. L. m. Mart. 1769. cons. præs. z. Wiesenburg. *]

Ib. lin. 23.

post verb. *superius*

[* *L. II. t.* 1. §. 5. *not.* 3. *]

Ib. lin. 26.

post verb. *piscari prohibito*,

[* jure Sax. El. extant peculiares Ordinationes piscandi, inprimis de a 1596. d. 29. Jul. 1657. & d. 2. Nov. 1711. quibus inprimis omnes, qui jure singulari piscandi non gaudent, a piscatione prohibiti, eo autem præditis certus modus instrumentorum, & capiendorum piscium, quoad magnitudinem item vendendorum præscriptus, inprimis arbitrium piscandi in universitatibus, quibus illud jus est, intuitu

temporis

temporis & personarum, coarctatum, utque instrumenta earum a judice custodiantur, jussum. Neque tum, cum aqua profluens in fundum vicinum se effudit, hujus domino, in ipso fundo suo piscari licet, ex *dict. Ord. de ao.* 1711. §. 31. in quem modum etiam jud. F. I. L. m. Nov. 1770. conf. præf. Ileburgensi. *]

Lib. II. Tit. VI. thes. III. Not. 1. lin. 36.

post verb. *ex canone redintegranda* 3. *c.* 3. *qu.* 1.

[* hodie plerumque actio spolii nominatur *]

Ib. lin. 45.

post verb. *quod vi aut clam.*

[ex magna, justaque ignorantiæ causa, arbitrio judicis, etiam post annum datur *l.* 15. §. 5. *D. h. tit.*]

Ib. lin. 47.

post verb. *de arboribus cædendis. tit. π.*

[In Sax. Elect. autem etiam de plantandis colendisque arboribus leges sunt prudentissimæ, veluti Mandat. wegen Pflanz- auch Pfropfung und Cultivirung fruchtbarer und anderer Bäume, d. d. 11. Maji, 1726. item de lignorum silvarumque fruendarum utendarumque modo, *Generale d. d.* 28. *Maji*, 1732.]

Ib. Not. 2. lin. 4.

post verb. *C. de her. petit.*

[* cf. supra *h. L. t. IV.* §. 54. *not.* 6. *]

Ib. Not. 3. post lin. ult.

[In Sax. Elect. in possessorio de jure venandi hodie, ex *Decis. Nov. I. a.* 1746. adversus privatum, sufficit possessio decem annorum.]

Ib. Not. 4. lin. ult.

post verb. *rejiciatur.*

[* sic hodie judicare solet F. I. L. & judicavit ap. Hommel. *Rhapsod. obs.* 178. conf. infra *L. IV. t.* 30. §. 5. *not.* 2. *]

Ib. Not. 5. lin. 3.

post verb. *th.* 4. *p.* 77.

[* conf. infra *L. IV. t.* 30. §. 5. *not.* 4. *]

Ib. Not. 8. post lin. ult.

[* hodie in Sax. hæc cautio plane cessat, v. O. P. R. *ad t.* 39. §. 3. *]

Ib. Not. 9. lin. 45.

post verb. *decernuntur mandata sine clausula.*

[Gail. *Obs.* 1. 16. *n.* 15.]

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn816544042/phys_0100
DFG

Lib. II. Tit. VI. thes. III. Not. 9. post lin. ult.

[Quod si intellectum est, nunciantis nullum jus esse, prohibitio tollitur: sin autem intelligitur, jus ei esse, consistit prohibitio, ejusque, quod ædificatum est, demolitio primo simplicibus, deinde arctioribus, Mandatis imperatur. conf. Carpz. *Res. l.* 1. 7. *n.* 7. *seqq.*]

Ib. thes. IV. Not. 1. lin. 3.

post verb. *Cons. æst.* 1644.

[* & F. I. L. m. Jan. 1769. cons. præs. zu Weissensee, ita tamen, ut, dum heredes in genere immobilia defuncti occupant, & colere incipiunt, eo ipso in singulis agris possessionem continuare videantur. *]

Lib. III. Tit. I. thes. III. Not. 4. lin. 5.

post verb. *de jure delib.*

[* cf. infra *h. L. & t.* §. *XI. not.* 1. *]

Ib. thes. IV. post lin. 4.

[Ita quidem receptum est opinione Doctorum, sed justa interpretatione non potest doceri ex legibus iis, quæ in hanc rem laudari solent, v. Cujac. *ad L.* 72. *D. de V. O.* Coras. *Miscell. II*, 3. Huber. *Præl. ad Inst. de V. O.* §. 5. conf. Thomasius *Diss. singulari, an qui factum promisit, liberetur præstando id, quod interest?*]

Ib. Not. 4. post lin. ult.

[* Jure Sax. Elect. quando paciscentes de certa pecunia in casum, si alterutrum celebrati contractus pœniteat, solvenda, convenerunt, quam mulctam pœnitentialem vocant, per ejus solutionem uterque a contractu tamdiu se liberare potest, usque dum alter eum non adimpleverit, *Dec. El. XVI de a.* 1746. *[

Ib. thes. V. Not. 3. post lin. ult.

[Ceterum de jure civili necesse est, pollicitationem non nudam fieri a præsente: per epistolam non fit, *l.* 5. *D. h. t. l.* 3. *l.* 9. *eod.* Cujac. *Obs. XXVI*, 19. dissent. Struv. *Dec. Sabb. Decis. V. c.* 1. Votum tamen per epistolam fieri posse *a. c.* 3. *X. de vot. L.* 2. *D. de pact. L.* 13. *C. de donat.* respondit F. I. L. *M. Maj. a.* 1703.]

Ib. thes. VI. lin. 7.

post verb. *l.* 3. *de extraord. cogn.*

[* quod tamen ita solum intelligendum, quando medicus ægrotum dolose, inprimis metu mortis ad paciscendum inducit, alias enim pactum subsistit, ut resp. F. I. L. m. Jul. 1768. cons. A. B. z. Zerbst. cf. *l.* 9. *C. de profess. & med.* *]

Lib. III. Tit. I. thes. VI. lin. 9.

post verb. *de in integr. restit. minor.*

[In Sax. Elect. hoc loco conf. Mandat. wider das Aufborgen junger Leute, auch Ausstellung der Wechselbriefe d. d. 25. April. 1724. in *O. P. S. R. No. XXVI. Beyl. p.* 186. cujus Mandati §. 1. ad feminas producta est *Mandato d. d.* 18. *Mart.* 1724 conf. etiam Mandat wegen der Studiosorum Wechselbriefe d. d. 29. Dec. 1713. *Beyl. N.* 25. in *O. P. S. R. p.* 182.]

Ib. lin 10.

post verb. *de qua lib.* 1.

[* *t.* 4. §. 6. *cum not.* 3. *]

Ibidem

post verb. *actum est.*

[conf. *O. P. S. R. Tit. VIII* §. 3. *Mandat. Reg. d. d.* 18. *Nov.* 1722. *Beyl. N. XII. p.* 124. ejusque explicationem *d. d.* 1. *Jul.* 1723. *N. XIII.*]

Ib. Not. 2. post lin. ult.

[JCtorum, an, & quatenus liberi cum patre, in cujus potestate sunt, paciscí possit, disceptantium dissensio in Sax El. sublata est *Decis. Nov. XIV. d.* 1746. qua contractus liberorum, cum patre facti, rati esse jubentur, quamvis facta non sit emancipatio. Cavetur enim, ut contractus liberorum, majorum, cum patre gesti, non facta emancipatione, irriti haberi non possint: Sin autem liberi adhuc minorennes sint, cum his parentes non aliter, atque constituti specialiter in hanc rem curatoris consensu, paciscí valeant. Ceterum vero, si contractus hujusmodi, sine causæ cognitione decretoque Judicis, factus sit, etiam adversus contractum hujusmodi, consensu curatoris ad hanc rem constituti factum, liberis per quatuor annos, a finita minorennitate, beneficium restitutionis in integrum conceditur.]

Ib. Not. 5. lin. 4.

post verb. *moribus contrahere posse.*

[* id hodie in foro non observari videas, conf. Schilter. *ad Pand. Ex.* 37. §. 131. *]

Ib. post lin. ult.

[* *t.* 4. §. 11. *not.* 1. 2. 9. *]

Ib. thes. VIII. Not. 1. lin. 15.

post verb. Heinrichen von S. *Conf hybern.* 1681.

[* ac sæpe judicatum a F. I. L. inprimis in casu, de quo loquitur O. P. R. *append.* §. 6. *]

Ib. post lin. ult.

[* Jure Sax. El. qui promisit solvere propediem, ehestens vel, quam primum fieri possit,

poſſit, ſobald möglich, conveniri poteſt, elapſo poſt promiſſionem anno; at ſi promiſit, ſucceſſive, aut, quando ſibi videretur, ſe ſoluturum nach und nach, oder nach guter Gelegenheit, judex tempora ſolutionis arbitrio ſuo definit, *O. P. R. append.* §. 6. *]

Lib. III. Tit. I. theſ. VIII. Not. 4. lin. 3.

poſt verb. *agere queat executive.*

[* quod diſerte ſancitum, *O. P. R. l c.* *]

Ib. theſ. XI. lin. 24.

poſt verb *de qua paulo ante*

[* *h. L. & t.* §. 3. *not.* 4. *]

Ib. theſ. XIII. Not. 2. poſt lin. ult.

[Ita quidem pragmatici putant, ſe ſequi adhuc juris civilis rationem. Sed perperam. Sequuntur enim pravam interpretationem. Nam quod ad diſcrimen doli, dantis cauſam contractui, & incidentis attinet, id ex jure civili defendi nullo modo poteſt: vid. Noodt. *Comm. de formula emendandi dol. mal c. III. & VII.* Jure igitur civili ſic potius ſtatuitur, ut omnis contractus bonæ fidei nullus ſit, propter dolum malum, ſive is cauſam dederit contractui, ſive inciderit, poſſitque actione, ex ipſo contractu nata, emendari. in ſtricti autem juris negotiis propter omnem dolum neceſſaria eſt actio de dolo, vel exceptio. v. Noodt. *l. c.* & Schulting. *Enarrat. Part. prim. Dig. h. t p.* 434 *ſqq.* Quod autem ad jusjurandum in litem attinet; id quamvis a DD. tantum in judiciis bonæ fidei locum habere tradatur; tamen jus civile, etiam in ſtricti juris judiciis jurari poſſe docet, *L.* 5. §. 4. *D. de in lit. jur.*]

Ib. Not. 3 lin. 4.

poſt verb. *ex quibus obligatur uterque:*

[* nec agi ex iis poteſt, niſi actor jam adimpleverit, vel adimplere paratus ſit *]

Ib. theſ. XIV. poſt lin. 2.

[Qui tamen conſenſus præſumtus vel fictus ex jure Civili probari nequit, ac vere eſt commenticius. Atque etiam contra rationem juris civilis eſt. Namque interdum quaſi e contractu ſunt obligationes eorum, qui conſentire plane non poſſunt; veluti furioſi, infantis: quod autem fieri plane non poteſt, id neque fingi, neque præſumi, licet. Itaque potius dicendum eſt, quaſi contractus eſſe facta, geſtiones, adminiſtrationes, a quibus obligationes oriantur: atque adeo in his omnibus re concrahi obligationem, etiam ſine conſenſu alterius, vid. Vinn. *ad pr. Inſt. de oblig. quæ quaſi e contr.* Donell. *Comm. Jur. Civ. XV*, 14.]

Lib. III. Tit. II. theſ. II. poſt lin. 10.

[* & F. L. ſæpius. *]

Lib. III. Tit. II. thes. II. Not. 1. lin. 2.

post verb. *hi mutuum contraxerint*,

[extantibus nummis, competere vindicationem, §. 2. *I. quib. al. lic.*]

Ib. Not. 2. lin. 12.

post verb. *tenebuntur*, *d. l.* 27.

[* scil. si versio non statim liquido probari possit, cf. Hommel. *Rhapsod. Obs. CCCLXXXV.* *]

Ib. Not. 6. post lin. ult.

[In Sax. Elect. *Mandat. Reg. d. d.* 29. *Dec.* 1718. in den Beyl. *O. P. S. R. N. XXV. p.* 184. nominatim improbatur debitum, in cambium redactum, a quocunque studioso, in Acad. Sax. Elect. sive sit minorennis, sive major, & ab alio filiofamilias quocumque. Namque omnibus illis nec cambia dare, nec accipere ab illis, licet, adeo quidem, ut ne chirographi quidem simplicis vim habeant, parentesque studiosorum, & patriæ potestati subjectorum, SCti Macedoniani exceptione, adversus cambia, etiam ea, quibus jusjurandum insertum est, se tueri possint, arbitrariaque præterea animadversione ii adfici possint, qui nomine divino abusi, talia cambia & dederunt, & accepere. Ceterum cambialium literarum, jurisque cambialis auctoritas salva manet adversus filiosfam. majores, peculium adventitium irregulare, castrense, vel quasi castrense, habentes, v. c. Doctores, qui proprium habent patrimonium, & praxin forensem exercent, aut collegiis habendis docent, itemque adversus eos, qui negociationem exercent conf. *Append. O. P. S. R.* §. 11. *p.* 301. *seqq.*]

Ib. Not. 10. lin. 8.

post verb. *Consil. æstiv.* 1702.

[vid. supr. *not.* 6. *in fin.*]

Ib. post lin. ult.

[Unde in laud. *Mand. Reg. d. d.* 29. *Dec.* 1718. a creditis vetitis excipiuntur necessarii sumtus in alimenta, musea, collegia, exercitia, magistros linguarum, & in medicamenta, morbo laborantium, facti, v. *O. P. S. R. Beyl. N. XXV. p.* 185.]

Ib. Not. 11. post lin. ult.

[* Inprimis Lipsiæ civibus interdictum, ne studiosis, potestati patriæ subjectis aut minorennibus, esculentorum ac potulentorum fidem habeant ultra duos, vestimentorum vero vel aliarum rerum non ultra decem thaleros, ex constitutione senatus, jussu principis, d. 13. Dec. 1769. promulgata; a quo tamen excipiuntur cum ab illustribus parentibus nati, tum necessarius victus quotidianus, & habitationis

merces,

merces. Porro nec licet ejusdem Academiæ studiosis, qui vel sub patria potestate vel tutela sunt, res suas pignori dare, si summa superat quinque thaleros, nec ipse contractus insertus sit libro pignorum, a magistratu academico habendo; sub pœna nullitatis nullitatis ex simili constitutione d. 11. Maji, 1770. *]

Lib. III. Tit. II. thes. IV. Not. 2. lin. 5.

post verb. dieſe jetztgemeldte. *Carpzov.* 2. 29. 3.

[* ut jud. F. I. L. m. Aug. 1768. cons. præf. Zwickaviensi *]

Ib. lin. 12.

post verb. ſchuldig ſeyn ꝛc. ſoll.

[* Nunc hoc in Sax. El. quoad cambia mutatum per Mand. reg. *d.* 14. *Maji* 1763. §. 2. quo non solum cautum, ut moneta major argentea, secundum Modum Conventionalem cusa, species Thaler, $\frac{2}{3}$ und $\frac{1}{3}$ Stück sit moneta consueta cambialis, Wechsel-Courrent, Wechsel-Zahlung, sed etiam dispositio Mandati *d.* 23. *Sept.* 1685. qua creditor cambialis quartam debiti partem, moneta, infra quatuor grossos recusare non poterat, sublata est. *]

Ib. Not. 3. post lin. ult.

[* Unde cum ao. 1761. Creditor G. a debitoribus suis, (denen Ständen des Thüringiſchen Kreiſes) propterea indemnitatem peteret, quia, mora in solvendo nexa, interea pretium monetæ, mutuo datæ, inter hujus rei æstimatores diminutum erat, ratione probioris monetæ habita, das Agio war unterdeſſen geſtiegen, contra creditorem resp. Sc. L. m. Nov. 1761.

Nota 3b. Mutationem juris recentiorem circa hanc rem. Postquam enim superiori funesto bello monetæ bonitas intrinseca tum in universa Germania, tum inprimis in Saxonia ita decrevisset, ut qui argentum habere crederet, vix ferrum possideret, adeoque finito bello, eam supprimere necesse esset, ejusque loco aliam cudere, secundum modum inter aliquot Germaniæ principes conventum, (unde Conventions-Fuß dicitur) Elector Saxoniæ singulari lege *d. d. Jun.* 1763. hæc constituit: 1) mutua tempore perturbatæ monetæ contracta, si in chirographo certum monetæ genus expressum sit, postea non prohibitum, in eo solvenda esse; si reprobatum, in dicta moneta conventionali, habita tamen proportione ejus cum valore illius intrinseco, juxta tabulam in singulos fere belli annos, isti Mandato adjectam, (nach vorgehender Reduction) 2) in mutuis ac omnibus aliis contractibus, ad fundos non pertinentibus illo tempore sine expressa monetæ mentione peractis, præsumendam eam esse, quam durante bello hostis cudebat sub consueto Saxoniæ signo externo, octodecim grossorum valore, at si auri simpliciter mentio facta, aureos Augusteos vel Fridericianos vilioris pretii, denique in emendis rebus promercalibus

calibus quotidianis, viliſſimam iſtius temporis pecuniam; 3) omnia pacta, quibus debitor, accepta moneta viliori, meliorem, poſt bellum futuram, promiſit, omnesque transactiones ſuper hac re factas, invalidas eſſe, niſi proportioni in illa tabula propoſitæ proxime accedant 4) in emtione, locatione vel aliis contractibus ſuper re immobili ſine monetæ nominatione celebratis, pretium quod poſt publicato Mandatum in diem debetur, Tagezeiten, pecunia conventionali ſolvendum; 5) fundo tempore belli creditori cum pacto antichretico dato, rem ex deciſione noviſſima 22. de ao. 1746. dirimendam eſſe. Ubi tamen Nota ad 3) quod hoc non extendendum ſit ad pacta poſt Mandatum inita, quippe in quibus, re per adjectam tabulam clara, nemo invitus falli poterat, uti ſæpiſſime jud. F. I. L. inprimis m. Oct. 1764. conſ. Sen. Lipſ. & m. Febr. 1768. conſ. præſ. ꝛ. Plauen, it. m. Jul. 1768. conſ. Senatu Schleuſingenſi; quamvis non negandum ſit, Regimen Elect. Dresdenſe contrariæ eſſe opinionis, ut patet ex reſcripto dato ad Curiam Lipſ. d. 11. Jan. 1766. Nota etiam ad 4) quod ſalvum ſit alterutri parti, intentionem contrahentium contrariam, vel etiam læſionem ultra dimidium probare, quod poſterius F. I. L. emtori permiſit, m. Dec. 1763. conſ. ℒ. ꝛ. Jmnitz, & alias ſæpiſſime.

Nota 3c. Si debitor ſit in mora ſolvendi, ac interea moneta, in qua debebat, diminuta vel e rep. proſcripta ſit, ejus eſſe, creditorem indemnem præſtare ſeu, ut Conſt. El. Sax. 28. *P. II.* ait, ipſi reddere den Schaden oder Abbruch an der Münze, quod tamen non ita intelligendum, quaſi loco vilioris monetæ ſolvere debeat eandem ſummam melioris monetæ, verum, ut damnum ipſi præſtet, ſi quod habuit, eo, quod juſto tempore vilem illam monetam non accipiat. ita ſæpiſſime jud. F. I. L. & nominatim m. Febr. 1764. conſ. præſ. Chemnizenſi. *]

Lib. III. Tit. II. theſ. IV. Not. 5. lin. 5.

poſt verb. der alte Reichs-

[* ſ. Cölniſche, dictus a pondere Colonienſi, der Cölniſchen Mark, bonitatis intrinſecæ regula. *]

Ibidem

poſt verb. der erſte

[* cœptus a. 1559. per legem monetariam Imp. Ferdinandi *]

Ib. lin. 8.

poſt verb. *ſtyli veteris, anno* 1667.

[* in monaſterio Zinnenſi, inde & nomen; hic enim ejus rei cauſa convenerant Principum Saxoniæ, Brandenburgiæ ac Luneburgi legati. *]

Ib. lin. 10.

poſt verb. und Lüneburg.

[* Lipſiæ *]

Lib. III. Tit. II. thes. IV. Not. 5. lin. 12.

post verb. 100. *Species* Thaler

[* Attamen non necessariam, ut in chirographo sint nominati Species Thaler, sed idem obtinet, si sint simpliciter thaleri dicti, uam quicunque tunc, mutuo sumserat Centum, post, juxta modum Lipsiensem debebat Centum cum tertia parte, *]

Ib. lin. 12.

post verb. *repetere posse.*

[* His tribus modis nunc accessit quartus, de quo jam dictum, der Conventions-Fuß vel der Wiener Conventions-Fuß, quia a Lipsiensi ita differt, ut qui secundum hunc mutuo dederit C. thaleros in Species Thalern, Gulden, Acht, Vier- und Zwey-Groschen-Stücke, vel singulis grossis (dummodo hæ quatuor posteriores species ante annum 1750. cusi sint; quippe quo in hac minuta moneta a modo Lipsiensi recedere cœptum) is secundum modum conventionis recipiat 110. thaleros, & 14. grossos cum dimidio. Causa discriminis in hoc & reliquis modis latet in eo, prout argento pius vel minoris vilioris æris in cudendo additur, quod facilius germanice eloqui licet. Nach dem Reichs-Fuße ward die Cöllnische Mark fein Silber ausgemünzt zu 9. Thlr. bis 9. Thlr. 5. Mar. Groschen, nach dem Zinnischen zu 10. Thlr. 12. Groschen, nach dem Leipziger in $\frac{2}{3}$. $\frac{1}{3}$. und $\frac{1}{6}$ Stücken zu 12. Thlr. in $\frac{1}{12}$ Stücken zu 12. Thlr. 9. Gr. in kleinern Stücken zu 13 Thlr. und nach dem Conventions-Fuße wird alle Münze bis zum Groschen inclusive zu 13. Thlr. 8. Gr. ausgeprägt. cf. Leyseri Medit. ad Pand. *spec.* 529. & Churſächs. Münz-Edict d. d. 14. Mart. 1763. Hæc igitur omnia tantum intelligenda moneta argentea. Quod vero ad auream attinet, inprimis notandi sunt floreni aurei, sive Goldgülden, ac ducati, quorum posteriorum valor intrinsecus lege Ferdinandea supra memorata constitutus, usque ad hunc diem haud mutatus mansit; ita ut 67. ducati pondere exæquent einer Cöllnischen Mark, & singuli contineant 66. *As*, sive 23. *Karath.* 8. *Gran.* Florenorum aureorum autem, qui tamen hodie non amplius cudi solent, unusquisque ex lege illa continebat 18. *Karath*, 6. *Gran.*, quoad extrinsecum autem valorem per erat 75. Kreuzern, quemadmodum ducatus 104. Kreuzern monetæ argenteæ, quorum 15. æquant 4. grossos vel 6. Mariengroschen. At hodie valor florenorum aureorum, quorum adhuc inprimis mentio fit in pœnis, quas dicta ut Curiæ provinciales Saxonicæ, lege Sax. *d.* 11. *Aug.* 1711. definitus est 1. thlr. 22. gr. 6. pf. ducati vero per allegatum edictum monetarium d. a. 1763. 2. thlr. 18. gr. usque ad 2. thlr. 20. gr. 6 pf. pro varietate vel ipsius ducati vel pacti inter contrahentes initi, quippe, quo hunc valorem egredi non licet. Eodem edicto similique modo constitutus est valor aureorum Francicorum, ac Brunsuicensium à 4. thlr.

thlr. 20. gr. & Hiſpanorum à 4. thlr. 20. gr. 8. pf. usque ad 5. thlr. quorum illi 116. *As* hi 118. continere, ac illorum 35. horum 34½. eine Cölniſche Mark pondere efficere debent. Nec minus ibidem reliquis monetis uſitatis & non vetitis ſuus quisque valor, cum intrinſecus, tum extrinſecus datus eſt. *]

Lib. III. Tit. II. theſ. IV. Not. 6. lin. 7.

poſt verb. *Lauterb. p.* 180.

[* Ita ſæpiſſime judicavit F. I. L. inprimis ſic reſp. m. Oct. 1763. conſ. I. A. G. z. Kirchberg & m. Maj. 1764. conſ. præſ. z. Lichtenſtein. *]

Ib. poſt lin. ult.

[* E contrario, cum mutuo dans monetam probam debitori ſolverit, at ejus loco tempore ſolutionis pravam volens recepit, non reſervando ſibi id, quod inter utramque intereſt, h. e. *l'Agio*, (quod tamen fieri putatur, ſi in quittantia dicitur auf Abſchlag) ea contentus eſſe debet, viſus condonare id, quod priori plus inerat, uti crebro pronunciavit F. I. L. & ſigillatim, m. Majo 1764. conſ. præſ. Zwickau. it. m. Aug. d. a. conſ. jud. z. Schönewerda, m. Nov. ei. a. conſ. Regimine Gerano; ac m. Dec. reſp. conſ. P. z. Görsbach. nam liberatur debitor, qui conſentiente creditore aliud pro alio ſolvit, *pr. I. qu. mod. obl. toll.* paulo aliter tamen res ſe habet circa mercedes locationis prædiorum, tempore ſuperioris belli ſolutas, quas quando locatores, ſine reſervatione eique quod intereſt, accipiendo, infra dimidium læſi eſſent hoc damnum inter locatorem & conductorem dividatur, ex Mand. *d.* 2. *Nov.* 1763. *]

[* *Nota* 6b. An hæc, quæ de obſervando tempore contractus circa monetam dicta ſunt, etiam in ultimis voluntatibus intelligantur, ambigi. Scab. L. filiam, cui pater dotem ex feudo per teſtamentum conſtituerat, monetam nonniſi eam, quæ tempore nuptiarum in uſu, poſtulare poſſe, reſp. m. Dec. 1761. conſ. F. G. v. M. z. Oberloſa, ſed F. I. L. in legatis tempus teſtamenti, non mortis teſtatoris, reſpiciendum putat. *]

Ib. poſt Not. 7.

[* *Nota* 7b. Si debitor in duplicis generis monetæ ſolutionem promiſerit, non adjecta cujuslibet ſumma, re dubia, in quolibet dimidium ſolvendum eſſe, ut jud. Sc. L. m. Apr. 1762. conſ. judice militari Lipſienſi. Eodem modo jud. F. I. L. m. Jan. 1771. & alias ſæpe. *]

Ib. Not. 9. lin. 2.

poſt verb. *de reb. cred.*

[* cf. *Mand. d.* 18. *Jun.* 1763. & ſupra *h.* §. *not.* 3b. *]

Lib. III.

Lib. III. Tit. II. thes. IV. Not. 11. post lin. ult.

[Non autem, uti A cum vulgari Schola Interpretum tradit, hac actione tantum petitur rei æstimatio, sed proprie potissimumque res ipsa, *l.* 1. *seqq. D. h. t.* & quidem omnis præter pecuniam numeratam certam. Evenire id quidem potest, ut si res debitæ non præstentur ipsæ, occasione hujus actionis de æstimatione rerum petitarum quæratur: Sed id etiam sit occasione aliarum actionum. Id tamen fieri posse videtur, ut, ubi statim ab initio adpareat, de restitutione ipsius rei frustra actum iri, hac condictione ab initio æstimatio petatur: quippe tunc incerta pecunia petitur, plane, si res petita & adjudicata est, eademque post rem judicatam præstari non potest, ipsa hac condictione æstimatio peti potest *l.* 3. *D. h. tit.*]

Ib. Not. 12. lin. 1.

post verb. *Mohadra;*

[* h. e. emtio venditio, qua dominus rem vendit pretio, plus justo, majori, habita emtori de eo fide; at mox eam ab eo denuo aut ipse aut per alium, viliori, parata tamen pecunia, redimit; quod cum plerumque sit, mutuum palliatum usuraria cum pravitate conjunctum, prohibitum est hodiernis legibus; Torgauisch. Ausschreib. t von Wucher, §. item etliche. *]

Ib. lin. 2.

post verb. *montes pietatis;*

[* h. e. quando non mediocris summa pecuniæ eum in usum confertur, ut, qui mutuo opus habent inprimis egestate pressi possint inde accipere, dato insecuritatem pignore, ein Leyh-Haus. *]

Ibidem

post verb. *contractus vitalitius,*

[* quo datur pecunia ita, ut dominium in accipientem transferatur, eo tamen, lege, ut usque ad mortem dantis ei majores, consuetis usuris, reditus solvat. talis contractus ob incertam vitæ humanæ diuturnitatem licitus est. *]

Ib. thes. VIII. post lin. 16.

[* unde ex hodierna F. I. L. sententia etiam is, qui precario possit, in possessorio summariissimo vincit. *]

Ib. Not. 1. post lin. ult.

[* nec potest ejus dominium acquiri, quamvis per centum annos possideatur, quia, cui precarium concessum est, pro possessore non habetur, *l.* 41. *D. de acqu. vel omitt. poss.* cf. *Carpz. P. II. const. IV, def.* 2. sic resp. F. I. L. cons. P. 3. Budissin. m. Mart. 1764. *]

Lib. III. Tit. II. thes. XI. post lin. 9.

& post verb. *ad SCt. Vellej. adjuvatur.*

[ut mulier tamen pleniſſime obligetur, ex depoſito, accedere oportere conſenſum curatoris, *a. P. II. C. El.* 15. reſpondit, *F. I. L. Menſ April.* 1714. *Maj.* 1723.]

Ib. Not. 2. poſt lin. ult.

[* ſi uxor, præter maritum, alium adhuc curatorem habet, ſine hujus conſenſu omnino non obligatur; ergo nec ex depoſito *Dec. El.* 24. *Mand. d.* 18. *Nov.* 1722. at nihilominus, exiſtens adhuc, vindicari poſſe videtur; atque adeo, alienato vel conſumto, actio tum datur, quando pretium in illius utilitatem verſum, *Mand. d.* 1. *Jul.* 1723. *]

Ib. theſ. XII. Not. poſt lin. ult.

[Eſt hæc quidem ſententia, auctoritate Jurisperitorum, hodie recepta: ſed jure civili defendi non poteſt. Nam hoc jure tantum deponuntur res mobiles, quæ unæ poſſunt poni. Quod ſi res immobilis cui commendatur, vel cujus curæ committitur, aliud id eſt negotium, in quo non traditur res cuſtodienda, ut in depoſito, ſed injungitur inſpectio ac procuratio rei, atque adeo mandatum eſt. *l.* 5. §. 4. *D. præſcr. verb.* Immo jure civili ne reperitur quidem ſequeſtratio rerum immobilium, ſed tantum fructuum ex rebus, etiam in cauſis iis, in quibus res ipſo ſequeſtro collocandæ fuiſſent, ſi id juris fuiſſet, v *l.* 21. §. *ult. D. de app. l.* 5. *C. quorum appell. non rec. l.* 20. *C. de agric. cenſ. & col.* cf. *Colleg. Argentor. h. t. th.* 23.]

Ib. theſ. XIII. Not. 4. lin. 8.

poſt verb. *& l. pen. C. depoſ.*

[Sed & hoc debetur opinionibus Jurisperitorum, uſu forenſi receptis. Nam jus civile prorſus non ſolum omnem compenſationem prohibet *l. penult. C. depoſ. l. ult. C. de compenſ.* ſed etiam omnem deductionem, exceptionem doli mali, quaſi & ipſe depoſitarius aliquas actiones adverſus deponentem habeat *d. l. penult.* quæ quidem Lex tam ſancte omnes retentiones excludit, ut neque impenſarum neceſſariarum nomine admittendæ videantur. vid. Bœckelmann. *Tr. de action. p.* 210. *Diſſ. Vinn. Sel. Qu.* I. 51. Ceterum neque *d. l. penult.* patitur inducias quadrimeſtres depoſitario concedi, quæ alioqui damnatis debitoribus indulgentur *l. ult. C. de uſus. rei judic.*]

Ib. poſt lin. ult.

[Jure tamen novo, *O. P. S. R. Tit. VI.* §. 1. quo in cauſis connexis reconventio, ſimul cum conventione, permittitur, & hæc reconventio ex cauſa depoſiti, in eodem judicio, peragi poterit.] [* hæc ita intellige, ut conventus actione depoſiti directa, ex inſtrumento puro, ſen guarentigiato, poſſit eodem tempore compenſationem per reconven-

reconventionem in idem judicium deducere, peculiaribus tamen Actis, tum, quando ex illo depoſito oriatur; aſt ſi aliunde proficiſcatur, non reconventionem, ſed novam & ſeparatam, in ordinario deponentis foro, actionem inſtituere debet; *O. P. S. R. ad t. VI. §. 2.* *]

Lib. III, Tit. II. theſ. XIV. Not. lin. 2.

poſt verb. *inferius agetur lib. 4.*

[* *t. XXX. §. 3. ſq.* *]

Ib. poſt lin. ult.

[De jure Sax. El. noviſſ. circa Arreſtum cf. *O. P. S. R. Tit. LI. §. un.*]

Ib. theſ. XV. Not. 7. poſt lin. ult.

[Jure Sax. Elect. de pacto antichretico, quod ſæpenumero uſurariæ pravitati locum daret, æquiſſime ac prudentiſſime conſtitutum eſt *Deciſ. Nov. XXII. d. a.* 1746. ea enim creditorem, cui prædium pignoris loco traditum ſit, rationes de eo reddere, & quantum reditus ejus uſurarum legitimum modum, nempe quincunces, ſuperant, tantum debitori reſtituere, jubet. debitor vero creditori, ubi reditus ad legitimum uſurarum modum non congruant, ſupplere jubetur, niſi aliter convenerit. Quæ ratio etiam tunc præcipitur, cum inter eos convenerit, ut creditor omnes fructus prædii loco uſurarum retineat. Namque ejusmodi pacta prorſus in poſterum irrita eſſe jubentur, ſive fructus certi, ſive incerti, fuerint.]

Ib. Not. 8. poſt lin. ult.

[Jure Sax. Elect noviſſimo cautum eſt, ut, ſi in contractibus retrovenditionis oriatur ſuſpicio, uſurariam pravitatem in iis verſari, hos contractus confirmare non liceat: &, ſi poſt interpoſitam confirmationem demum id exoriatur, contractus illi reſcindantur; vel etiam emtori pro re nata jusjurandum injungatur, ut, ſe eo negotio illegitimas uſuras non eſſe conſectatum, juret. v. *Deciſ. Noviſſ. XXII. d. a.* 1746. *ſub fin.*]

Ib. theſ. XVI. lin. 6.

poſt verb. *in pignoribus reſcindenda.*

[Jure Imperii Policeyordn. zu Francf. d. a. 1577. t. 20. §. 5. Jur. Sax El. Torgauiſches Ausſchreiben d. a. 1583. tit. von wucher, Contracten §. item daß einer ein geringe Geld.]

Ib. theſ. XVII. Not. 3. poſt lin. ult.

[* at jure Sax. communi non datur contra tertium poſſeſſorem, Landr. L. III. art. 60. quod Electorali non mutatum reperitur. *]

Ib. Not. 6. lin. 2.

poſt verb. *l. 5. §. 2. Commod.*

[* cf. *§. fin. I. quib. mod. re contrah. obl.* *]

Lib. III. Tit. II. thes. XVII. Not. 6. lin. 2.

post verb. *l. 6. C. de pign. act.*

[* inprimis, si in custodiendo pignore eandem, quam in rebus suis curam adhibuit, unde cum tempore superioris belli, xenodochium in urbe Z. pignus à debitore acceptum, cum propriis facultatibus unæ arcæ inclusum, in curiam transportasset, hac per obsidionem concremata, periculum creditoris esse, quam ipso xenodochio incolumi servato, eumque nihilominus ad mutuum solvendum cogi posse, resp. F. I. L. m. Dec. 1770. Etenim sanctio juris Sax. comm. Landr. L. III. art. 5. qua cum pignore perdito ipsa actio mutui perit, electorali, per *Const.* 26. *P. II.* sublata, & jus civile, *l.* 5 6. 9. *C. de pign. act.* reductum est. *]

Lib. III. Tit. III. thes. III. lin. 36.

post verb. *de inutil stipul. in Usu hod.*

[* imo vero hodie reliquerunt dicasteria in hac re jus civile, & ex moribus Germaniæ, quemlibet etiam tertio stipulari posse, & huic actionem inde nasci, quotidie judicatur, cf. Stryck. *caut. contr. sect.* 2. *c.* 5. §. 3. quod sæpissime factum cum a Scab. L. tum a F. I. L. memini, & a F. I. Vit. memorat Wernher *P. I. obs.* 182. *cum supplementis.* *]

Ib. thes. IV. Not. 1. lin. ult.

post verb. *ut supra*

[* *h. L. & t.* §. 1. *not.* 4. *]

Ib. Not. 6. lin. 8.

post verb. *recepta est.*

[* uti resp. F. I. L. m. Jan. 770. conf. R. z. Schepau. cf. infra *h. L. t.* 7. §. 6. *sq.* *]

Ib. lin. 13.

post verb. *M. Octobr.* 1710.

[v. *Ord. Rec. Camb.* §. 13. *O. P. S. R. Append.* §. 13. quod tamen non ubique servatur extra Saxoniam El. Sic enim statuunt DD. si in legibus cambialibus hac de re nominatim nihil constitutum sit, exceptionem divisionis, etiam in causis cambialibus, locum habere, v. Wernher. *Obs. Forens. T. II. p.* 373. Heinecc. *Elem. Jur. Camb. cap. V.* § 10.]

Ib. thes. V. lin. 1.

post verb. *vid. supra de pactis;*

[* *h. L. t.* 1. §. 6. *sq.* *]

Ib. thes. VI. Not. 3. lin. 13.

post verb. Nun stellen.

[* omnes sponsiones, ludi causâ faciendæ, denuo severe prohibitæ sunt Mand. wegen der Hazard-Spiele, d. 20. Dec. 766. *]

Lib. III. Tit. III. thes. VI. Not. 4. lin. 7.

post verb. Vom Spiel. § *ult. extenditur.*

[* cf. infra *L. IV. t.* 10. § 7. *not.* 4. *]

Ib. thes. VIII. Not. 2. lin. 2.

post verb. *ad SCt. Vellej.*

[* quæ jam habet, unde cum femina concesserat, rem fideicommissoriam, aliquando demum ad se perventuram, obligari, a fiduciario creditori suo, id pro fidejussione non habendum, jud. F. I. L. m. Nov. 1770. conf. Regimine Gerano. *]

Ib. Not. 7. post lin. ult.

[* *O. P. S. R ad t.* 39. §. 6. *]

Ib. Not. 8. lin. 11.

post verb. *non quod ad extraneum.*

[conf. *P. II. C. El.* §. aber.]

Ib. lin. 21.

post verb. *a) coram judice;*

[& quidem jure noviss. competente, vel rei sitæ, *Decis. Noviss. XXIV. d. a.* 1746. quæ præterea etiam cavet, ut sufficiat, cum de juribus suis edoctæ, beneficiisque juris sibi tributis, fuerint, eas beneficiis mulierum generatim renunciare, nec necesse adeo sit, SCti Vellejani, Authenticæ si qua mulier, aliusve juris singularis, mentionem fieri in renunciatione, vel jurisjurandi formula;]

Ib. lin. 32.

post verb. *Islebiensi;*

[* item jure Lusatiæ superioris, modo ibi fiat a) a majore XXI. annis, b) coram judice, c) cum curatore, d) absente marito, e) facta a judice beneficiorum certioratione, f) sub promissione loco juramenti, an Eidesstatt; ex communi decreto der Stände am Landtage Bartholomäi 1731. quod confirmavit Princeps *d.* 22. *Apr.* 1732. Cterum dictum statutum Lipsiense juramentum remittit tantum, quoad intercessionem, h. e. quando uxor creditori mariti, in hujus facultatibus, prærogativam præ se concedit, Verzicht thut, non quoad fidejussionem, i. e. quando, ipsa, pro marito solvere promittit. Addictæ renunciationis efficaciam autem requiritur, ut fiat α) judicialiter, β) consentiente curatore, γ) expositis renuncianti juribus muliebribus. *]

Ib. lin. 56.

post verb. Drewers, *M. April.* 1703.

[* quamvis vidua, defuncti mariti debita suscipiens, non opus habeat, *Auth. si qua mulier* ut renuncier, quia abest causa, qua induci putatur, blandimenta nempe

mariti, tamen SCto Vellejano renunciare debet, quia fidejubet pro extraneo, heredibus scilicet mariti, ut jud. F. I. L. m. Aug. 1769. *]

Lib. III. Tit. III. thes. VIII. post Not. 8.

[* *Nota* 9. Promissionem uxoris de fidejubendo ac renunciatione jursum muliebrium in futurum facienda æque minus valere extra judicium & absque juramento, quam ipsam fidejussionem & renunciationem, ut jud. F. I. L. m. Jan. 1770. cons. præs. Viteberg. *]

Ib. thes. XI. Nota: lin. 8.

post verb. *Elect. Proc. Exec th.* 52.

[jure tamen Sax. El. qui simpliciter ita cambio subscripserit, se, debitore principali non solvente, soluturum, jure cambiali tenetur, quamvis juris cambialis mentionem nominatim in subscriptione non fecerit *O. P. S. R. Append.* §. 18.]

Ib. thes. XII. Not. 6. lin. 20.

post verb. *sive laudabilem*,

[* unde hanc exceptionem etiam tunc cessare, quando debitor principalis extra territorium domicilium habeat, jud. F. I. L. m. Jul. 1766. cons. Regimine Vinariensi *]

Ib. lin. 30.

post verb. *dixi Supplement. p.* 2. *p.* 374. *seqq.*

[8) Jure Sax. El. in fidejussore, qui, non reservata sibi nominatim hac exceptione, subscripsit cambio, *O. P. S R. Append.* §. 18.] [* 9) in causa lucrativa, v. c. donationis, v. supra *L. II. t.* 5. §. 13. *not.* 5. *]

Ib. thes. XIII. Not. 2. lin. 20.

post verb. *facta fuisset*, *d. l.* 76. *de solut.*

[Carpz. *P. II. c.* 17. *d.* 16. *n.* 32.]

Ib. post lin. ult.

[Ceterum jure Sax. El. ei, qui, quoniam cambium subscripsisset una, solidum solvit, si id in continenti planum fecerit, adversus eum, pro quo solvit, sine speciali cessione actionis, ex jure cambiali agere licet, v. *O. P. S. R. Append.* §. 13.]

Ib. Not. 3. lin. 3.

post verb. *in foro recepta est.*

[*P. II. C. El.* 17.]

Ib. thes. XIV. Not. 3. post lin. ult.

[4) jure Sax. El. in cambiis, quamvis non renunciatum sit huic exceptioni nominatim, v. *O. P. S. R. Append.* §. 13. 5) in Syndicatus instrumento, in quo non necessaria est renunciatio exceptionis divisionis & excussionis, *O. P. S. R. Tit. VIII.* §. 6.]

Lib. III.

Lib. III. Tit. III. thes. XIV. Not. 4. post lin. ult.

[cf. *O. P. S. Tit. XI.* §. 1.]

Ib. Not. 5. lin. 2.

post verb. *l.* 39. *de fidejuss.*

[excepto in Sax. El. qui ex cambio pro confidejussore solverit, v. *O. P. S. R. Append.* §. 13.]

Ib. thes. XVI. Not. 2. post lin. ult.

[necesse tamen est, ut fidejussor cum debitore principali in judicio agat *d. c. ult.* nuda enim protestatio fidejussoris, se amplius obligatum esse nolle, declarantis, non sufficit. Brunn. *Cent.* 3. *Dec* 84. 4) Creditor eo consilio fidejussori debitum remisit, ut fidejussori, non debitori principali, ista liberalitas prodesset, *L.* 12. §. *ult. D. mand.* 5) debitor principalis pacto, ut ante solutionem fidejussori agere liceret, consensit, *L.* 10. *C. mand.*]

Ib. thes. XVII. Not. 4. lin. 2.

post verb. *convenire non posse*,

[* nisi exceptioni excussionis renunciaverit *]

Lib. III. Tit. IV. thes. I. Not. 2. lin. 8.

post verb. *obligationis literalis.*

[Jure Sax. Elect. constitutum est, ut ex instrumento quarentigiato, in quo nulla causa debendi expressa est, nisi alio laboret vitio, executive agi possit. *O. P. S. R. Append.* §. 5.]

Ib. Not. 3. lin. ult.

post verb. *intelligendum est.*

[* excepto tamen cambio. cf. infra *h. L. tit.* 5. §. 5. *not.* 2. *]

Ib. thes. IV. Not. 3. post lin. ult.

[*O. P. S. R. Append.* §. 8. in processu executivo, tantum admittit exceptionem non num. pec. in continenti liquidam: alias vero in reconventionem rejicitur. in qua ubi probatum fuerit, temere, & trahendæ litis causa, inficiationem factam, quarta parte quantitatis, in libello expressæ, inficiator multatur: cujus pars tertia una judici, altera actori, tertia denique ptochotropheo Waldhemensi attribuenda: pauper autem carcere, aliaque pœna arbitraria adficitur: qui vero ignorasse se, tempore negationis, numerationem, jurat, in expensas damoatur, *O. P. S. R. Append.* §. 4. *p.* 302.]

Ib. Not. 4. post lin. ult.

[de exceptione hac, cambio aliive instrumento quarentigiato opponenda, idem nominatim cavit *O. P. S. R. Append.* §. 8. Secundum *Ord. Camb. n.* 13 *& O. Mercat.*

Mercat. Lipſ. t. 11. §. allermaßen. debitori, qui ex cambio conventus eſt, licet tantum repellere creditorem, autographo ipſius, de non facta numeratione, in continenti producto.] [* & quidem, ſi cambium indoſſatum ſit, ei ipſi inſcripto. *]

Lib. III. Tit. IV. theſ. IV. Not. 6. poſt lin. ult.

[* conf. mox ſupra *not.* 3. *]

Ib. Not. 7. poſt lin. ult.

[* at F. I. L. poſt biennium neque exceptionem non numeratæ pecuniæ neque doli ſpecialis admittit, & ita reſp. ap. Hommel. *Rhapſ. obſ.* 250. *]

Ib. Not. 9. poſt lin. ult.

[De eo, cui probatio non numeratæ pecuniæ injungenda ſit, & de tempore querelæ & exceptionis non numeratæ pecuniæ interponendæ, in Sax. Elect. conſtituit *Deciſ. Nov. XXIII. d. a.* 1746. ut primum exceptio in proceſſu executivo, non, niſi in continenti liquida ſit, ut cautum *O. P. S. R. Append.* § 8. locum habeat: deinde, ut, ſi in reconventione peragatur, vel ſi querela non numeratæ pecuniæ inſtituatur, contra literarum chirographum, probatio non numeratæ pecuniæ ei, qui exceptione hac utatur, injungatur, contra vero is, qui documento quarentigiato ſe tueatur, ab iſta numeratæ pecuniæ probatione liber ſit: ut porro actori, querelam non numeratæ pecuniæ intendenti, permiſſum quidem ſit, jusjurandum deferre adverſario, ſed tamen neceſſe ſit ei, non minus in hac cauſa, quam ſi teſtibus rem ſuam obtinere inſtituat, actionem intra quinquennium, a tempore ſcriptarum litterarum, vel chirographi, inſtituere: eo elapſo autem cum exceptione, tum actione non numeratæ pecuniæ, excidiſſe judicetur. Ceterum vero ſi numeratam pecuniam non eſſe, documentis & literis probare poſſit, etiam elapſo eo ſpatio adhuc audiri jubetur] [* Bene notandum, hanc deciſionem tantum agere de querela vel exceptione non num. pec. adverſus litteras, quibus debitor ſe ad ſolvendum obligat, ſ. contra chirographum, non autem contra apocham; quippe circa quam hac lege nihil mutatum: ſic jud. F. I. L. m. Aug. 1764. conf. Senatu Miſenenſi, ac m. Mart. 1763. conf. jud. Limbacenſi. *]

Ib. Not. 10. poſt lin. ult.

[* Similiter, ſublata, exceptione non numeratæ pecuniæ adverſus apocham, per præſcriptionem, non amplius ſupereſſe actionem vel exceptionem doli, jud. F. I. L. m. Febr. 1771. niſi forte dolus ejusmodi ſit, per quem interruptio præſcriptionis impediretur, *l.* 1. §. 6. *D. de dol.* *]

Ib. Not. 12. poſt lin. ult.

[4) *agnitione* debiti tacita, facta ſolutione partis, aut uſurarum: ad quam probandam conducit, exigere, a debitore antapocham (eine Gegenquittung) quam accipiat creditor

creditor *L.* 19. *C. de fid. instrum.*] [* Si, licet data a creditore apocha, debitor se nihilominus debere fateatur, prior quidem obligatio peremta est, neque ex hac debitor conveniri potest, sed ex nova confessione, & novo cum creditore inito pacto, ut jud. F. I. L. m. Apr. 1769. & paulo ante Scab. L *]

Lib. III. Tit. V. thes. I. Not. 1. post lin. ult.

[* Hæc obtinent in terris Schwarzburgicis, ubi ab emtione venditione rerum immobilium tamdiu recedere licet, donec confirmatio judicialis accesse it, ex lege publica, quæ vocatur das Consolidations-Patent, d. d. 23. Dec. 1721. *]

Ib. post Not. 2.

[* *Nota* 2b. Ex statuto Lipsiensi emtionem venditionem ædium vel hortorum, nisi emtor intra mensis spatium contractam jus civitatis acquirat, invalidam esse, & quartam pretii partem fisco senatus vindicari posse. *]

Ib. thes. IV. lin. 6.

post verb. *desiit esse in usu;*

[in Sax. Elect. jus civitatis & bona immobilia adquirere, & omnibus juribus inde nexis, citra tamen officii neglectum, & contemtum ordinis, uti possunt, *Ord. Sax. Consist. Tit.* von Immunitäten und Freyheiten der Kirchendiener, §. zu dem §. wenn auch.]

Ib. lin. 7.

post verb. *vendere arma hostibus;*

[inprimis belli impendente periculo, exportari vetantur variæ res, quæ hostibus usui esse possunt, v. Mandat. wider Auffauf und Ausführung der Kriegs-Requisitorien aus dem Reich d. d. 16. Nov. 1733. it Inhibitorien d. d. 20. Mart. 1734.]

Ib. Not. 2. post lin. ult.

[Item equos extraneis vendi prohibitum est, v. Kreis-Patent wider die Auffauf und Ausführung der Pferde aus dem Reiche d. d. 8. Aug. 1733. nec non in Sax. El. æs cyprium, vetustate probatum, v. *Mandat. d. d.* 2. *Jul.* 1746. quo etiam pertinet prohibitio commercii, quod propolæ in cœmendo frumento exercuere in detrimentum urbis Zuicavii, v. *Mandat. Reg. d. d.* 5. *Aug.* 1750. [* cujusmodi prohibitio generalis jam antea subinde, ob caritatem annonæ, facta est, v. Mand. *d. d.* 1. *Jul.* 1719. *d. d.* 7. *Jul. & 27. Oct.* 1740. *] item interdictum, ne certæ lanæ cœmantur & exportentur, v. Erneuertes und geschärftes Mandat, wider die Auf- auch Zusammenkaufung, auch Ausfuhre derer Pfarrer-Bürger- Bauer- Müller- Schäfer- und Schafknechts-Wolle, *d. d.* 15. *Sept.* 1750. conf. *Mandat. d.* 5. *Nov.* 1733. [* quo terræ comitum de Schœnburg & Reuss extraneis annumerantur; add. Rescr. ad Inspectorem Accisæ Bornensis *d. d.* 20. *Maji* 1729.

ac ad præfectum Lipſ. d. 7. Febr. 1737. Mand. d. 30. *Nov.* 1729. ac recentius wegen der zu verbietenden und zu impoſtirenden Ausfuhre der Wolle *d. d.* 23. *Mart.* 765. cf. Mand. *d.* 8. *Maji* 1770. Liberi tamen ſunt ab hac interdictione nobiles, *v. Mand. d. d.* 21. *Jul.* 718. *&* 20. *Jun.* 719. *] denique ne texta ſtraminea exportentur, cavit *Generale d. d* 15. *Febr.* 1748. [* Eodem pertinet prohibitio vendendorum extra territorium filorum linteorum, der Garne, facta jam in Ordinatione Prov. de a. 1555. & repetita Reſol. Grav. d. a. 1661. *tit. v Juſt. S.* §. 104. it. Mand. *d. d.* 16 *Jun.* 1696 *&* *d.* 17. *Sept.* 1763. exceptis tamen filis tenvioribus, der feinen Loth Garne, per Mand. *d. d.* 3. *Dec.* 1720. nec non interdictio, ne coria aliis vendantur, quam opificibus, quorum opera in iis apparandis verſatur, v. Mand. *d. d.* 20. *Nov.* 1627. *&* 16 *Jun.* 1670 porro coercitio evehendæ ex provinciis Saxonicis terræ foſſilis albæ, v. Mand. *d d.* 20 *Mart.* 1745. 30. *Apr.* 1749. *&* 14. *Aug.* 1764. ac gemmarum, quæ in Saxonia gignuntur, *v.* Mand. *d. d.* 2. *Maji* 1732. *&* 17. *Mart.* 1733. item, ſtatuto Lipſienſi, prohibitio vendendi ſepulcri ac juris impetratæ aquæ, inſcio ſenatu Porro huc referenda prohibitio cædendorum pecorum, vendendique carnis, m litibus facta, ac interdictio, ne quis ab iis carnes emat, v. Fleiſch Steuer-Ausſchreiben *d.* 13. *Mart.* 1682. Ordonnanz *d.* 28. *Jan. d. a. & Reſcr. d.* 18. *Aug.* 1729. de cædendis autem pecoribus, proprii apud militiam uſus cauſa, vid Ordonnanz *d.* 30 *Jun.* 1752. §. 70. pari modo venditio butyri extra Sax. interdicta *d.* 27. *Oct.* 1740. Tandem reſtricta eſt certo modo venditio negotiatoria in pag's, per Mand. *d.* 29. *Jan.* 1767. ita, ut ea nec unicuique permiſſa ſit, nec, quascunque res velint, vendere poſſint, nec denique vendendas ubique emere. *] Ceterum etiam eorum, qui merces oſtiatim ac per domos circumferunt, Hausſirer, negociatio prohibetur vel coercetur, v. Erneuert und geſchärftes Mandat, wider das Hausſiren in den Städten und auf dem Lande, *d. d.* 15. *Sept.* 1750. conf. *Mand. d. d.* 28. *Jun.* 1751. [* cf. Mand. *d.* 2. *Jan.* 1754. *&* *d.* 25. *Maji* 1765. *] Neque vero magis, fabricarum domeſticarum cauſa, prohibitum eſt importare certas quasdam res exoticas, vid. intuitu der fremden Sammeten Plüſche und Felpen, *Generale d. d.* 19 *Aug.* 1750. *Mandat. d. d.* 23. *Febr.* 1753.]

Lib. III. Tit. V. theſ. V. Not. 2. lin. 11.

poſt verb. Hofmanns *in* Dresden, *M. Sept.* 1706.

[Quid? quod ne a pupillo quidem creditor tenetur in ſolutum accipere obligationem potentioris, v. *Deciſ. El.* 64.]

Ib. lin. 18.

poſt verb. *quam Chriſtiano cedi queat.*

[conf. in Sax. Elect. *Mandat. Reg. d. d.* 5. *Nov.* 1715]

Lib. III.

Lib. III. Tit. V. thes. V. Not. 2. lin. 27.

post verb. zu recognoscirenden schuldig.

[* cf. *supra L. II. t. 2. §. 19. not. 3b. it. L. III. t. 4. §. 1. not. 3.* *]

Ib. post verb. ult.

[* cf. *supra L. I. t. IV. §. 3 not. 5.* *]

Ib. Not. 4. lin. 4.

post verb. *cessio possit, Decis.* 28.

[* attamen ab hac sanctione excipiuntur a) cessiones a coheredibus factæ; b) nomina, creditoribus in solutum data; modo nulla læsio ultra dimidium adsit, *d. Dec.* 28. *] [extra judicium vero nomina cedi posse, pro eadem summa, quæ debetur permittit, *O. P. S. Tit. XLVI §. 7* quod si tamen ceditur nomen, cui in feudo, hypotheca constituta est consensu domini directi, novus domini directi, hanc cessionem adprobantis, consensus desideratur; *l. c.*] [* idem obtinet in cessione nominis, hypotheca in fundo allodiali muniti, opus enim etiam est ad transferendum, jus reale, consensu magistratus, *O. P. S. R. ad t. XLVI §. 2.* *]

Ib. Not. 5. post lin. & verb. ult.

[3) vel cambium sit cessum per indossationem. cedens enim, pro natura cambii, bonum nomen præstare debet, cum ejus periculum ferat, ita resp. *F. I. L. Mens. Apr.* 1708 conf. *Ord. Camb. Lips.* § 19.]

Ib. Not. 6. lin. 5.

post verb. *de hered. vel act. vend.*

[* cf. *mox not.* 10. *]

Ib. Not. 10. lin. 2.

post verb. *ut solutionis,*

[* modo ignoraverit debitor cessionem, *l. fin. D. de transact. l.* 23. §. 1. *D. de hered. vel act. vend. l.* 4 *C. quæ res pign. obl. l.* 3. *C. de novat.* Igitur, cum debitor cessus sciret factam cessionem, & cessionarium agnovisset, solutio non priori creditori factam, contra novum non prodesse, jud. F. I. L. m. Sept. 1770. conf. jud. d. Weissenborn. *]

Ib. Not. 11. post lin. & verb. ult.

[conf *O. P. S. R. Append.* §. 15. *p.* 309. ubi fere ex A. sententia constitutum est.]

Ib. Not. 14. post lin. & verb. ult.

[* nempe, aut a) uterque incendium scivit, salva est emtio venditio, aut b) uterque ignoravit, emtio, tota domo, vel majore parte, exusta, irrita est, dimidia, vel minori parte, concremata, stat, pretio ex boni viri arbitratu minuendo, aut c) solo venditori scientia fuit, tunc, omni domo peremta, nihil actum, parte tantum

qualicunque venditor, emtori præstat, quod interest, aut denique d) solo emtori incendium cognitum fuit, qui emtionem implere omneque pretium constitutum solvere debet. *]

Lib. III. Tit. V. thes. V. Not. 16. post lin. & verb. ult.

[Ceterum de venditione accessionum (Pertinenzstücke) sine principali, itemque onerum æqua portione, in Sax. Elect. diligenter cavit *Mandatum d. d.* 26. *Jan.* 1732. conf. *Decis. noviss. XVII. a.* 1746.]

Ib. Not. 17. lin. 3.

post verb. *recipiat.*

[* ex illo Mandato non tam actio est emtori contra venditorem, multo minus ad id, quod A. dicit, quam venditori pertinentiarum vel possessori prædii principalis contra emtorem vel possessorem pertinentiarum, vid. infra *h. L. & t.* §. 15. *not.* 4. *]

Ib. post lin. & verb. ult.

[conf. *alleg. not. præced. in f. Mand. Reg. & Decis.*]

Ib. Not. 18. lin. 2.

post verb. *litigiosis.*

[* cf. diss. nostr. *de discrim. lit. cont. jure vet. & hod a.* 1751. *sect.* 2. §. 6. *]

Ib. thes. VI. lin. 4.

post verb. *de contr. emt.*

[* sola gerada jure Sax. El. vel uno nummo vendi potest, *dec. nov. XVIII. de a.* 1746. *]

Ib. Not. 4. post lin. & verb. ult.

[* *h. L. & t.* §. 18 *cum not.* 4. *]

Ib. thes. VII. lin. 17.

post verb. verstanden.

[Cum, de quæstione ista, an, soluta pœna pœnitentiæ, a contractu recedere liceret, controversia inter JCtos esset, in Sax. Elect. intercessit *Decis. Nov. XVI. de a.* 1746. quæ definivit, ut, multa illa, pœnitentiæ nomine soluta, ei qui solvisset, nisi aliud manifeste actum esset, recedere a contractu liceret, donec ab uno, consensu alterius, vel ex parte, vel omnino satis nondum esset factum.]

Ib. post Not. 6.

[* *Nota* 7. Jure Sax. resolutionem emtionis necessariam vel legalem, 1) si quis tempore belli Suecici initio hujus seculi fundum emisset, ut venditor pretio hosti contributiones solveret, reddendus erat fundus, constituta in eo emtori hypotheca, Mand. wegen der Schwed. Contrib. d. 20. Jul. 1707. quod etiam hodie vim habere potest, cum idem obtineat; etiamsi fundus sic venditus successu temporis

ad

ad alios possessores pervenerit, ex *Rescr. ad dicast. d.* 20. *Jul.* 1728. 2) si fundo sub hasta vendito, in termino unus tantum licitator adest, aut nullo omnino comparente, prædium creditori in solutum detur, utroque casu emtio resolvitur, debitore intra sex menses aut pinguiorem emtorem offerente, aut ipso pretium, quo emtor accepit, reddente, O. P. S. R. ad tit. XXXIX. §. 19. *]

Lib. III. Tit. V. thes. VIII. lin. 16.

post verb. Johann Heinrich Höpnern, *Consil. hybern.* 1708.

[In Sax. Elect. similis etiam constitutio est ea in causa, cum concursus creditorum ortus est in bonis emtoris, quo cum pactum retrovenditionis factum est. Nam *Decis. Nov. XXVII. d. a.* 1746. cavit, ut si quis, certo prædio vendito, pactum retrovenditionis adjecerit, idque judicis auctoritate confirmatum fuerit, jure redemtionis, etiam exorto in bona emtoris concursu, uti possit: ita tamen, ut intra spatium Saxonicum, a tempore denunciationis factæ, animum declaret, idque intra semestre spatium, solvendo pretio præsenti, exerceat, etiamsi dies, pacto retrovenditionis dicta, nondum elapsa fuerit. Quod si non fecerit, non amplius audiatur, sed prædium hastæ publicæ subjiciatur.]

Ib. Not. 4. lin. 2.

post verb. *restituitur*,

[* unde venditione facta superiori bello, cum retrovenditionis pacto, in reddendo pretio habenda est ratio monetæ, quoad bonitatem, quæ fuit tempore venditionis, non retrovenditionis, sec. Mand. Elect. *d.* 18. *Jun.* 1763. §. 7. *]

Ib. post Not. 4.

[* *Nota* 4b. eum, qui prædium, cum pacto de retrovendendo, emit, posse valide servitutem imponere, neque retrœmenti, eam revocare licet, ut jud. F. I. L. m. Jun. 1769. conf. jud. z. Sepfersdorf. *]

Ib. Not. 6. post lin. & verb. ult.

[* similiter onera Borussica, superiori bello indicta, ad emtotem pertinere, jud. Sc. L. vid. libell. m. von Kriegsschäden, sect. III. No. XIV. *]

Ib. thes. X. Not. 3. lin. 4.

post verb. *ante datum signum.*

[* item Lipsiæ, ubi cives ac reliqui incolæ anteferuntur iis, qui rebus comestibilibus mercaturam faciunt, Höcken; quippe, qui in diebus promercalibus, ante signum hora XI. dandum, emere prohibentur, v. Leipz. Markt-Ordn. art. X. §. 5. *]

Ib. Not. 5. post lin. & verb. ult.

[* in Sax. El. data quidem est possessoribus partium metallicarum facultas, æra, ex

terra effossa, principi, ad inde extrahenda per ignem metalla, pro certo pretio definito, constitutis publicis hujus rei curatoribus, der General-Schmelz-Administration vendendi, quod plerumque fieri solet, at inviti non coguntur, vid. *Declarat. d.* 16. *Maji* 1710 17. *Dec.* 1712. *&* 29 *Jun.* 1713. *]

Lib. III. Tit. V. thes. X. Not. 7. lin. 10.

post verb. gestattet werden könne.

[* cf. Lehnsmand. d. 30. Apr. 1764. *tit. VI.* §. 4. *]

Ib. thes. XI. Not. 1. post lin. & verb. ult.

[* nempe, si præter creditorem alius emtor non inveniatur, *O. P. S. t.* 39. §. 12. 13. at postea spatium annuum ad semestre revocatum est, *O. P. R. ad d. t.* §. 19. *]

Ib. Not. 2. post lin. & verb. ult.

[* quod inprimis in multis Thuringiæ locis obtinet. *]

Ib. Not. 3. lin. 3.

post verb. das Gespielde,

[* ei, qui partem fundi, alias individui, olim vendidit, tum, quando hæc pars ab emtore iterum venditur, præ reliquis emtoribus, competens. Ceterum hoc jus mere consuetudinarium vel statutarium est, nam *l.* 4 *C. de loc. prad. publ.* ad quam provocari solet, huc non pertinet. *]

Ib. thes. XIII. Not. 1. lin. 4.

post verb. *Carpzov.* 2. 31. 14.

[* uti jud. F. I. L. m. Jan. 764. cons. jud. z. Elstra *]

Ib. lin 11.

post verb. *quoque memini censere.*

[* ita & jud. F. I. L. m. Oct. 762. cons. præs. Tennstad. ac m. Febr. 763. cons. sen. Bremensi *]

Ib. Not. 2. post lin. & verb. ult.

[* idem retractus obtinet in civitate Treffurthensi inter fratres & sorores; quem tamen non ad unilaterales extendendum esse, jud. F. I. L. m. Oct. 762. cons. præs. Tennstad. *]

Ib. Not. 5. post lin. & verb. ult.

[* Struvii sententiam amplectitur F. I. L. cf. *infra h. t.* §. 14. *not.* 2b. *]

Ib. Not. 9. lin. 10.

post verb. J. G. p. *M. Mart.* 1709.

[* Eodem modo sæpe judicavit F. I. L. ita tamen, ut hoc tantummodo intelligendum sit de retractu conventionali & consanguinitatis, non autem de eo, qui ex statuto vel consuetudine debetur, *Const. El.* 32. *P. II.* sic jud. ead. F. m. Oct. 1770.

cons.

conf. jud. §. Eßleben. Hoc caſu ſi intermiſſa ſit notificatio inſtantis venditionis, vel facta ea, retrahens προτίμησιν non omnino recuſat, tunc poteſt eo jure intra annum uti, quamvis traditio interea emtori fundo. Quod quamvis in retractu conventionali & gentil tio non queat, nec factam venditionem ipſam revocare, tamen ſalva ei manet actio ad intereſſe contra venditorem; *dict. Conſt.* 32. *P. II.* *]

Lib. III. Tit. V. theſ. XIII. Not. 9. lin. 21.

poſt verb. *conſtituta eſt.*

[* quod repetitum im Lehns Mand. d. 30. Apr. 1764. t. 6. §. 3. *]

Ib. poſt lin. & verb. ult.

[* 4) ſi prædium ſemel, nullo exercito retractu, e familia exiit, quamvis poſtea eo redeat; ut reſp. F. I. L. m. Febr. 1770. conſ. G. L. zu Beyersdorf. 5) quando venditio non fit extraneo, ſed uni ex venditoris conſanguineis, inprimis deſcendentibus, ut jud. F. I. V. ap. Wernher. *P. V. obſ.* 153. cf. *infra h. t.* §. 14. *not.* 2. *ac* 2b. *]

Ib. theſ. XIV. Not. 1. lin. 4.

poſt verb. *quod intereſt*, *d. l.* 75.

[* etenim ejusmodi venditio pacto quidem contraria; at non ipſo jure nulla eſt, uti reſp. F. I. L. 1763. m. Jan. conſ. P. Gubenæ, cf. *Conſt. El. Sax.* 32. *P. II.* *]

Ib. poſt Not. 2.

[* *Nota* 2b Omnem retractum ſeu jus protimiſeos ceſſare, 1) ſi novus emtor, tanquam partem pretii recipit onus alimentandi venditoris, vel præſtandæ eidem habitationis. Cum enim hic perſonam ſolius emtoris elegerit, non alius, retrahens poteſt ipſi idem pretium emtionis offerre; ſic jud. F. I. L. m. Febr. 1763. conſ. Sen. Bremenſi, & alias ſæpiſſime, 2) quando fundus, cujus protimiſis poſtulatur, non ſigillatim, ſed cum ipſo prædio, cujus hactenus pars fuit, bey Mengekäufen alienatur: nam retrahenti tantum jus reluendi in hoc unico fundo competit, neque jus ei eſt, compellendi poſſeſſorem, ut hunc agrum ſeparatim vendat; ſic jud. F. I. L. m. Febr. 1769 conſ. præſ. Voigtsbergenſi, ac alias ſæpius. eandem ſententiam fovet F. I. V. apud Wernher. *P. V. obſ.* 222. *]

Ib. poſt Not. 4.

[* de jure protimiſeos, quoad prædiorum olim avulſas pertinentias v. §. *ſq. not.* 4. *]

Ib. theſ. XV. Not. 2. lin. 6.

poſt verb. *Conſil. hybern.* 1711.

[* ejusdem ſententiæ eſt F. I. L. *]

Lib. III.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn816544042/phys_0123
DFG

Lib. III. Tit. V. thes. XV. post Not. 3.

[Ceterum cum in Sax. El. rei immobilis dominium non transeat, nisi facta resignatione, & nova investitura impetrata, nova lege sancitum est, ut magistratus, antequam rerum immobilium emtionem venditionem confirmet, de residuis tributis, reip. debitis, prospiciat. v. Steuerausschreiben auf das Jahr 1739. d. d. 18. Dec. 1738. n. 4. Quatenus vero dominium rei immobilis, resignatione judiciali, & confirmatione, non facta, adquiri possit, constitutum est *Decis. Noviss. I. d. a.* 1746.]

Ib. Not. 4. lin. 1.

post verb *emtorem servitutem*,

[* servitutis evictionem, v. g. viæ aut itineris, emtorem a venditore non postulare posse, nisi vel a) fundum ab omni servitute liberum vendiderit, vel b) ejusmodi sit servitus, quam emtor scire facile non potuit, jud. F. I. L. cons. jud. z. Sietsch, m. Apr. 1767. cf. *l.* 59. *D. de contrah. emt. vend. l.* 75. *D. de evict. l.* 1. §. 1. *in fin. D. de act. emt.* *]

Ib. post lin. ult.

[Pactum vero, immune fore prædium, a tributis, canone, aliisque oneribus, quibus ea deberentur, iis nocere non posse, sed eorum causa inutile esse debere, jam jussum est *Decis.* 65. *d. a.* 1661. sed *Decis. Noviss. XVII. d. a.* 1746. etiam constituit, ut in posterum ejusmodi pacta inter contrahentes neque valeant, neque ei, quod interest, præstando obstringant, neque præscriptione convalescant. de iis autem, qui jam tum, cum lex ferretur, facti essent, contractibus, sic constituit, ut is, qui alteri immunitatem ab his oneribus promiserit, aut in se receperit, id quod interest, proportione onerum, qua tempore facti contractus penderentur, præstare teneatur, alteri vero etiam prædium venditori redhibere, pretiumque reposcere, liceat; ceterum denique venditor, aut quilibet possessor prædii principalis, si emtor prædium in extraneum transferat, jus protimiseos habeat, si quidem ante traditionem judicialem id profiteatur.] [* Idem fere jam jussum Mandato *d. d.* 26. *Jan.* 1732. Sed quid? si revocans pretium reddere paupertate prohibeantur? Vendendus est fundus sub hasta, & plus licitanti, nisi ille idem offerat, cum justis oneribus adjudicandus, per Rescriptum regium *d. d.* 23. *Novembr.* 1753. Ceterum quod dicitur illis legibus, ejusmodi venditionem invalidam esse, non hanc vim habet, ut ipse contractus emti venditi in totum nullitate laboret, atque adeo venditor recedere, vel possessione translata, ipse aut sequens prædii principalis possessor partem venditam ab emtore s. oblato pretio, s. minus, vindicare possit, sed solummodo, quoad pactum liberationis, (unde m. Aug. 1770. cum hujuscemodi emtor justa onera recipere paratus esset, F. I. L. condemnavit venditorem, ut contractui staret, cons.

præs.

præf. Glauchenſi) & in tantum, ut eum ad recipienda juſta onera cogere poſſit, niſi hic velit prædium reſumto pretio reddere, eoque ſe a recipiendis oneribus liberare, ſec. Generale *d.* 26. *Jan.* 1732. Sic jud. F. I. L. conſ. præf. Helldrung. m. Febr. 1763. Itaque ſemper actor alternative petere debet. Sed non ſolum ad recipienda pro futuro onera juſta tenetur poſſeſſor ejusmodi pertinentiarum; verum debet etiam, quamdiu poſſedit, poſſeſſori prædii principalis ad præſtationes publicas, pro toto fundo ipſi impoſitas, contribuere. Ita jud. F. I. L. quoad onera bellica, m. Nov. 1764. conſ. præf. Sachſenburg. Attamen venditor, vel tertius, non prohibetur, emtori reſtitutionem onerum, quotannis ſolvendorum promittere, ut reſp. F. I. L. m. Febr. 1769. conſ. G. L. z. Beyersdorf. Notandum etiam, ejusmodi immunitatem pertinentiis, tum per præſcriptionem acquiſitam eſſe, quando venditio facta eſt ante annum 1628. vel ad ſummum ante annum 1600. tunc enim liberæ ab oneribus manent, per Reſcr. *d.* 5. *Jan.* 1731. *&* 14. *Apr.* 1734. *]

Lib. III. Tit. V. theſ. XVI. Not. 4. poſt lin. & verb. ult.

[a quo vero tempore, pretii mercium non ſoluti, uſuræ ex mora peti poſſint, in Saxon. Elector. conſtitutum eſt *Deciſ. Nov. XV. d. a.* 1746.]

Ib. theſ. XVII. lin. 2.
poſt verb. *de minor.*

[Ita quidem, ut ſupra traditum eſt, in omnibus contractibus bonæ fidei, interpretatione Doctorum, receptum eſt, cum de jure civili contractus bonæ fidei propter quemcunque dolum nulli ſint, vid. Noodt. *de form. emendand. dol. mal. cap. III. & VII.* & Schulting. *ad τὰ πρῶτα Dig. tit. de dol. mal. p.* 434. *ſeqq.*]

Ib. Not. 2. poſt lin. & verb. ult.

[Si non adparet, quid actum ſit, tum interpretatio facienda eſt contra eum, qui clarius loqui debuit, *l.* 39. *D. de pact.* hoc eſt, qui legem præſcribere ſolet contractui: cujus generis eſt venditor, locator, ſtipulator, *L.* 21. *L.* 33. *D. de contrah. emt. l.* 172. *D. de R. I. L.* 26. *D. de reb. dub. L.* 38. §. 18. *L.* 99. *D. de V. O.* niſi pro illis alia ſtet ratio veroſimilis, ut *L.* 29. *D. locat.* v. Schulting. *ad τὰ πρῶτα Dig. de pact.* §. *ult. p.* 317. cf. Averan. *Interpr. II.* 2.]

Ib. theſ. XVIII. Not. 2. lin. 23.
poſt verb. *judic. vid.* 2. *R.* 39.

[Sunt quidem, qui propter nullam læſionem, diviſionis, quamvis privatim factæ, niſi ſit ultra dimidium, reſciſſionem concedant, v. Matthæi *de auction. I*, 16, 38 Sed alii rectius, cum A. noſtro, exiſtimant, quamcunque læſionem ſufficere, ut privatim facta diviſio reſcindatur, conf. Voorda *Elect. cap. XXVI.*]

Lib. III. Tit. V. thes. XVIII. Not. 2. lin. 26.

post verb. *in rerum communione.*

[* *h. L. t.* 6. §. 3. *not.* 9. *]

Ib. lin. ult.

post verb. *etiam infra*

[* *h. L. t.* 8. §. 7. *]

Ib. Not. 4. lin. 2.

post verb. *an stricti juris*,

[ex Doctorum opinione, quamvis destituatur expressa legum auctoritate, cum *L.* 2. *laud.* de emtione venditione tantum agat, in qua singularis ac propria quædam ratio valet.]

Ib. lin. 17.

post verb. *legis* 2. *omnino admittit.*

[Clare constituit *Decis. Noviss. XIX. d. a.* 1746. ut, si res immobiles sub hasta, mobiles auctione, sive decreto, sive consensu judicis, publice venditæ sint, contractus propter læsionem enormem, ultra dimidium, impugnari non possit. Idem etiam constitutum est de venditione geradæ *Decis. Noviss. XVIII. d. a.* 1746. vid. supra *Lib. II. tit.* 2. §. 28. *n.* 6.]

Ib. lin. 22.

post verb. *arg. l.* 53. *d. R. I.*

[* quod tamen non proferendum ad venditiones, urgente necessitate factas, v. g. inter belli calamitates, ut resp. F. I. L. ap. Hommel. *obs.* 214. *]

Ib. post lin. & verb. ult.

[* cf. *mox not.* 12. *]

Ib. Not. 12. post lin. & verb. ult.

[* 4) Si emtionis pretium, præter paratam pecuniam, simul annuis alimentis continetur, bey Auszügen, ob incertum vitæ humanæ tempus, sic jud. F. I. L. m. Nov. 1762. cons. Præs. Stollberg. in Hercinio, ac m. Apr. 1767. cons. jud. z. Sietsch, it. ap. Hommel. *Rhapsod. obs.* 114. cf. supra *h.* §. *not.* 4. 5) si contractui accesserit juramentum, *Const.* 35. *P. II.* *]

Ib. thes. XIX. Not. 2. post lin. & verb. ult.

[Hac regula juri civili non videtur satisfieri. Nam sæpenumero conductor mercedem accipit, dat vero locator. Itaque diligentius, & adcuratius definienda res est. Nempe locator est, qui dat utendum, fruendum, faciendum, pro certa mercede, & in universum a quo negocium incipit; contra conductor est, qui accipit utendum, fruendum,

fruendum, faciendum aliquid pro certa mercede. *L.* 4. §. 2. *D. naut. caup. ſtab. L.* 12. §. 6. *D de uſ. & hab. L.* 2. *pr. ad L. Rhod. L.* 1. §. 1. *præſcr. verb.* v. Cujac. *Obſ. II*, 28.]

Lib. III. Tit. V. theſ. XX. Not. 1. poſt lin. & verb. ult.

[In Sax. El. in quantum temporis ſpatium locatio conductio tacite renovata cenſeri debeat, definitum eſt. *Deciſ. Noviſſ XXI. d. a* 1746. Cujus quidem hæc eſt ſententia. Si ædes, taberna, aliudve receptaculum, ſive ruri, ſive in urbe, item prædia & fundi, e quibus quotannis ejusdem generis fructus & æquales reditus percipiuntur, veluti prata, horti, vineæ, & ſimilia, locata ſint, elapſoque tempore contractus, conductor vel colonus, in re locata manſerit, idque patiente, nec intra menſtruum temporis ſpatium contradicente, locatore, jubetur, ſi nihil aliud conventum fuerit, ſine diſcrimine cauſarum, contractus cum omnibus partibus, atque clauſulis, in annum unum pro renovato haberi: niſi forte locatio a principio tantum in ſemeſtre, vel brevius tempus facta fuerit: nam hac in cauſa contractus renovatus habendus eſt in idem tempus præfinitum. Quod ſi vero prædia ejusmodi locata fuerint, in quibus res ruſtica aut alia œconomica ſit, finitoque conductionis tempore, conductor vel colonus, ſinente, neque intra ſpatium menſtruum contradicente, locatore, in conductis fundis manſerit, ita conſtituitur, ut, pro ratione agrorum colendorum, eo in fundo conſueta, (nach Gelegenheit derer bey dem verpachteten Grundſtücke vorhandenen Feldbauarten) in agris quidem, in quibus ſingulis triennii eadem ratio colendi in orbem it (zu dreyartigen Feldbau) in tres annos; in agris autem, in quibus quadrienniis ſingulis ratio culturæ vicem & orbem ſuum obit, (zu vierartigen Feldbau) in quadriennium, renovatus cenſeatur contractus locationis. Manendum tamen in conventis eſt, ſi quidem aliter convenerit, vel locatio conductione in brevius tempus facta fuerit.]

Ib. Not. 2. poſt lin. & verb. ult.

[* Hodie in Saxonia, famuli mercenarii, niſi tribus menſibus ante finitam conductionem dominis denuncient, ſe nolle in poſterum operas continuare, videntur eas tacite in annum relocaſſe; domini vero, niſi uno ante finitam conductionem menſe, ſe famulorum operis non amplius indigere dicant, non minus in annum reconduxiſſe, cenſentur: *Ord. Polit. de anno* 1661. *t.* 23. *c.* 2. §. 3. *& c.* 5. §. 3. *]

Ib. Not. 3. poſt lin. & verb. ult.

[* In F. I. L. obtinet opinio, feminam quamvis non maritatam absque curatore prædia nec locare, nec conducere poſſe, quia contrahitur ſuper re immobili, cf. Hommel *Rhapſ.* 17. Quod minori dubitationi obnoxium videtur, dum mulier locat, quam dum conducit, ob verba Conſt. El. 15. P. II. mit ihrer fahrenden Habe,

& Mandat. regii d. 18. Nov. 1722. ihres Fabrniſſes halber; conducens enim, nonniſi ſua de pecunia, quam locarii loco pendit, diſponit. *]

Lib. III. Tit. V. theſ. XX. Not. 5. poſt lin. & verb. ult.

[* & Sc. L. quoad onera Boruſſica, jud. vid. Lib. m. von den Kriegsſchäden ſect. II. c. 1. §. 43. & ſect. III. no. XXIV. *]

Ib. theſ. XXI. poſt Not. 2.

[* *Nota* 3. Interdum operas neceſſario & ab invitis locandas eſſe. Sic *coguntur locare* operas liberi ſubditorum domino jurisdictionis, quod ipſis in Sax. Elect. lege impoſitum, per Ord. polit. d. a. 1661. t. 23. c. 3. & Geſinde-Ordn. d. a. 1735. tit. VII. ac de a. 1769. tit. eod. Non igitur ad hanc rem ulla conventione, vel præſcriptione opus eſt, quamvis, ſi alterutra adſit, ejus præprimis ratio habeatur. Utraque vero deficiente ita ſancitum, ut ſubditorum liberi, qui aliis operas ſuas locare cupiant, ſich vermiethen wollen, facere hoc prohibeantur, niſi prius, per duos annos, domino jurisdictionis inferioris, dem Erbgerichtsherrn, eas locaverint; qui tamen, ſi duo prædia poſſidet, incolas unius ad alterum evocare nequit, uti reſp. F. I. L. m. Nov. 1762. conſ. M. z. Schlieben. Hæc operarum prælocatio ita fieri debet, ut ſubditorum liberi tres menſes ante receptum quovis loco conducendorum famulorum tempus, domino operas offerant, hic vero, ſi iis uti conſtituit, mentem intra proximos 14. dies declaret, & arrham locationis det, quo intermiſſo, juri ſuo renunciaſſe videtur, cum contra omnis ante hoc tempus facta, vel locatio, vel conductio operarum famulitiarum irrita ſit. Poſſunt tamen, perfecta locatione, famuli tunc ab ea recedere, quando vel occaſio nubendi obveniat, vel parentibus opera liberorum ad propriam œconomiam neceſſaria ſit, de quo arbitrium eſt penes judicem, & ſcabinos paganos. Sed hic ſemper opus eſt, ut recedens a contractu famulus, alium in ſuum locum ſurroget. Hæc omnia intelligenda ſunt de liberis, quorum parentes eo tempore, quo operæ exigantur, in prædio domini, jurisdictione inferiori pollentis, habitant, non de quondam ibi natis, nec de iis, qui aliunde in hoc prædium, locandarum operarum cauſa veniunt. Ceterum par prælocandi neceſſitas incumbit, ſive velint extraneis pro parata mercede operas locare, ſive proximis agnatis pro alimentis labores præſtare, *dict. Ord.* Attamen ab hac ſerviendi neceſſitate eximuntur famuli conductitii poſtarum, die Poſtillions, ex Reſcr. ad dicaſteria datis *d.* 14. *Aug.* 1737. *&* 24. *Dec.* 1753. Quid? quod liberis ruſticorum non liberorum eſt, quale vitæ genus eligere velint, ſed coguntur ad operas annuatim locandas, ſich zu vermiethen, dict. Geſind. Ordn. tit. 1. §. 1. 2. & Mand. d. d. 31. Mart. 1764. quod nec minus tum prius per quatuor annos facere debent, ſi opificium diſcere velint, *v. Mand. d. d.* 6. *Nov.* 1766.

ejusque

ejusque declarat. d. d. 31. *Mart.* 1767. ubi tamen nota, pœnam ibi dictatam a toto opificum collegio, quod recepit tyronem, non ab hujus patre, aut magistro opifice exigendam esse, ut jud. F. I. L. m. Majo 1769. cons. jud. z. Brambach & m. Majo 1770. cons. jud. z. Börln. In eadem necessitate, & erga dominos jurisdictionis obligatione, ii quoque liberi subditorum sunt, qui operas suas in dies locant, so Tagearbeit thun, v. cit Gesind. Ordn. t. VII. §. 3. Aliud genus operarum coacte locandarum reperitur in Saxonia in parochianis, qui agros parochi pro æqua mercede colere debent, *v. Decret. Synod. revis.* §. 69. *& art. gen. XXVII.* cf. Deyling. *Prud. Pastor. P. II. c.* 3. §. 24. & notas ab Ill. *Küstnero* adjectas. *]

Lib. III. Tit. V. thes. XXII. Not. 6. lin. 2.

post verb. *de præscr. verb.*

[* Huc pertinet lex specialis electoratus Saxoniæ, qua domini præter pecuniam numeratam, quicquam aliud mercedis famulis promittere; hi vero sibi stipulari prohibentur, quod cum in der Gesinde-Ordnung de ao. 1735. de pecoribus tantum & frumento constitutum esset, idem post in eadem repetitæ prælectionis lege de a. 1769. *tit. II.* ad singulas alias res præter nummos porrectum, item singulis famulorum ministeriis, sua quælibet æque, ac laboribus operariorum diurnorum, certa merces constituta, quam superare crimen est; inter quæ tamen non reperias officium dispensatricis domesticæ, einer Haushälterin. unde huic qualemcunque mercedem promitti posse, jud. F. I. L. m. Dec. 1764. cons. jud. z. Ostrau. *]

Ib. thes. XXIII. post Not. 1.

[* *Nota* 1b. Si usus rei non præstatur a locatore, dicitur casus evictionis ein Gewährsmangel, & locus est actioni conducti, si vero intercipitur a tertio, ad indemnitatem agendum, quæ diligenter separanda, ut jud. F. I. L. m. Mart. 1768. ubi notandum 1.) quodsi conductori pars tantum usus rei locatæ deest, ex reliquis autem fructibus tantum percepit, quanta ei sub initium contractus spes facta, ex tota re conducta percipiendi, so viel der Pachtanschlag beträgt, cessat actio erga locatorem; ita jud. F. I. L. m. Jan. 1763. cons. præf. Tenstad. cf. libell. m. von Kriegsschäden sect. 1. cap. 4. §. 95. sqq. 2.) prædio cum servitiis rusticorum locato, si hi ea jure denegant, potest agere ex conducto adversus locatorem, non autem, si injuria; ut resp. Sc. L. m. Apr. 1762. cons. P. z Werchau. 3.) non esse locum evictioni, quando vitium jam tempore conductionis adfuit, v. g. si tunc ædes jam ruinosæ fuerunt, aut prata undis submersa, ut jud. F. I. L. m. Aug. 1768. cons. regimine Francohusano, 4.) evictionis necessitatem cessare, si damnum in fructibus existens ex ipsius rei locatæ vitio oritur, ead. F. sic judicante. *]

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn816544042/phys_0129
DFG

Lib. III. Tit. V. theſ. XXVIII. Not. 4. poſt lin. & verb. ult.

[* Quoad inventarium prædiorum locatorum, in F. I. L. recepta opinio, conductorem pro domino ſingularum rerum, durante locatione, habendum, uti jud. m. Apr. 763. conſ. jud. zu Gladitz; at univerſi inventarii dominium manet penes locatorem: conf. Hommel. Rhapſ 432. §. 7. & meum ſupra alleg. libell. von Kriegsſchäden, ſect. III. no. IV. litt. hh. *]

Ib. Not. 5 lin. 9.

poſt verb. *convecti ſint;*

[* Sc. L requirunt præterea tantum temporis ſpatium, ut facile poſſint vendi, v. lib. m. von Kriegsſch. ſect. 1. c. 3 §. 89. *]

Ib. lin. 12.

poſt verb. *quod judex arbitratur:*

[* damnum plenum, re per conventionem non definita, tum dicitur temperie cœli in fructibus contigiſſe, völliger Miswachs, quando nihil, quod vendatur, ſupereſt, ita reſp. F. I. L. m. Aug. 1762. conſ. O. Si convenit, ut locator ferat damna ex peſte animalium oriunda, tenetur etiam, quando conductor oves, morbo, der Raute correptos vendere cogitur, ſic reſp. F. I. L. m. Septembr. 1762. conſ. jud. z. Gr. Kniehlen. *]

Ib. lin. 15.

poſt verb. *elapſo tempore conductionis.*

[* quod tamen ad hodiernas locationes, quibus in ſingulos annos certa merces conſtituitur, haud applicandum videtur, quam ſententiam etiam Sc. L. tenent, v. *Lib. m. alleg Sect. I. c. 3. §. 128.* *]

Ib. poſt lin. & verb. ult.

[* 3) in univerſum belli calamitates, de qua re, & quatenus eas locatores, conductoresve ferre debeant, ex inſtituto egi in libello meo jam dicto, von den Kriegsſchäden der Pachter und Miethleute. *] [Ceterum, in Sax. Elect. ſi in contractu locationis non convenerit, quatenus locatori caſus fortuitus ferendus ſit, definitum eſt, *Deciſ. Nov. XX. d. anno* 1746. ita, ut locator conductori ſive colono de mercede aliquid remittere non teneatur, niſi jactura, ſive damnum, dimidium annuæ mercedis excedat: tunc enim locator, dimidium damnum in ſe ſuſcipere, jubetur: in eoque rationem præteritorum aut adhuc futurorum annorum ullam habere utatur.]

[* *Nota* 5b. Conductorem, qui tempore belli hoſtibus frumenta dare cogitur, recipere l. Sax. El. a locatore duplum pretii, cujus in conducendo rationem habuerat, des Anſchlags, vel taxæ cameralis, ſtramen vero & vecturas frumenti gratuito

gratuito præstat, nisi hæ ultra quatuor milliaria provehi oporteat; tunc enim in singulos dies accipit octo grossos; cetera damna secundum dict. Dec. XX. judicantur, per Rescr. reg. d. d. 4. *Dec.* 1762. *& d. d.* 2. *Nov* 1763. Vehicula gratis danda esse, jud. etiam F. I. L. m. Dec. 1762. conf. jud. z. Grossdallhausen. idem pretium des Anschlags observatur, in damno per sterilitatem vel cœli temperiem existente; at eo deficiente, substituendum est pretium, quo res, de qua agitur, tempore, non dati damni, sed contractus, (quippe quod re dubia semper spectari solet,) in proxima urbe venalis fuit; ut jud. F. I. L. m. Octobr. 1770. conf. præf. Rochlizensi. *]

Lib. III. Tit. V. thes. XXIV. Not. 5. post lin. & verb. ult.

[* Finita locatione redditur inventarium facta taxatione non secundum summum, aut exactissimum, sed secundum mediocre pretium, habita ratione usus boni patrisfamilias ac facilitatis vendendi, wie es ein Hauswirth nutzen und leichte verkaufen kann, uti resp. F. I. L. m. Febr. 1763. Melandro Lipsi. Quæ vero res, pendente locatione, ipsa sua vetustate corruit, a conductore non restituitur, ut jud. Sc. L. m. April. 1762. conf. jud z. Gr. Treben. *]

Ib. Not. 7. lin. 6.

post verb. *l.* 18. *de jurisdict.*

[* pactum, ut causa locationis in judicio locatoris ventiletur, non extendendum ad casum, si conductor actoris vices gerit, sic jud. F. I. L. m. Aug. 1769. conf. regimine Lubbensi. *]

Ib. thes. XXV. Not. 2. lin. 12.

post verb. *datur domino jurisdictionali*,

[* hoc jus, in ipsos subditos, dominis jurisdictionis hodie tribui non solet, ipseque Carpz. l. c. contra sentit. a quo tamen distinguendum jus protimiseos, ratione operarum, in subditorum liberos competens, de quo supra *h. L. & t.* §. 21. *not.* 3. *]

Ibidem

post verb. *parochianorum*,

[* vid. in Sax. El. General-Art. 27. & Synodal Decret de ao. 1673 §. 69. *]

Ib. post lin. & verb. ult.

[Secundum *Ord. Polit. d. a.* 1661. *tit.* 23. *c.* 3. §. 1. liberi subjectorum jurisdictioni, Domino patrimoniali præ extraneis operas, per biennium, offerre tenentur: quas qua ratione, pro qua mercede præstare debeant, definit expressius die neue Gesindeordnung d. d. 16. Jul. 1735. Tit. VII. de officiis autem dominorum, famulitiique, in locatione conductione operarum eadem *Ordinatio tit. I. sq.* cavet.]

Lib III.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn816544042/phys_0131
DFG

Lib. III. Tit. V. thes. XXV. Not. 3. lin. 6.

post verb. *de locat. cond. sufficiat.*

[cf. Richter, *Decis.* 81. *n.* 10. Schilter. *ad Pand. XXXI*, 19.]

Ib. lin. 20.

post verb. zu belangen *nicht berechtiget.*

[Non tamen id etiam producendum est ad filium locatoris, qui rei locatæ usu indigot, *a.* §. 3. *I. de hered. qual. & diff.* resp. F. I. L. *M. Oct.* 1720.]

Ib. lin. 66.

post verb. *vicinis studiosis est molestus.*

[* De cetero non quilibet abusus levissimus, sed is demum locationem tollit, qui cum singulari rei locatæ detrimento conjunctus est, de quo judex arbitratur, uti jud. F. I. L. m. Nov. 1763. conf. Regimine Gerano. *]

Ib. lin. ult.

post verb. *l.* 13. §. 7.

[* conf. de hac re lib. m. von Kriegsschäden sect. I. c. 7. *]

Ib. thes. XXVI. lin. 2.

post verb. *artificium pictoris.*

[Landr. L. III. art. 77. P. II. Const. El. 37.]

Ib. Not. 1. post lin. & verb. ult.

[In Sax. El. post *O. P. S. Tit. XI.* §. 3. hoc non amplius obtinet, nisi, ex ejus præscripto, actio spolii instituta, intraque 15. dies probatio facta fuerit. 4) si inter emtorem & venditorem convenerit, ut locationibus staretur *L.* 9. *C. h. t.* 5) si emtor expulsionem remiserit, vel expresse, vel tacite, v. c. cum de solvenda mercede sibi caverit *a. L.* 59. §. 1. *D. de usufr.*]

Ib. thes. XXVII. Not. 1. lin. 2.

post verb. 2. *Feud.* 3.

[de feudi renovatione rebusque connexis in Sax. Elect. est *Mandat. d. d.* 16. *Oct.* 1734.] [* ac recentius *d.* 30. *Apr.* 1764. *]

Ib. lin. 29.

post verb. *M. Aug.* 1690. 1. *R.* 131.

[* cf. *Const. El. Sax.* 40. *P. II.* *]

Ib. post Not. 1.

[* *Nota* 2. Ad probationem censuum, qui Capitulo Martisburgensi, item ædi ad S. Maximi ac xenodochio ad S. Andreæ, ibidem, debentur, sufficere solam productionem libri censualis, eaque facta, reum sine omni ulteriore lite condemnandum esse, ex singularibus Rescr. ad dicasteria, *d.* 30. *Jul.* 1708. *& 5. Jun.* 1710. *]

Lib. III.

Lib. III. Tit. V. thes. XXVIII. Not. 5. lin. 7.

post verb. *ad effectum privationis:*

[* sic jud. F. I. L. m. Apr. 1769. conf. Regimine z. Cöthen. *]

Ib. Not. 9. post lin. & verb. ult.

[A laudemio immunes sunt liberi, quippe priore investitura comprehensi, *all. Const. El. ined.* 1. §. desgleichen. item, qui ab ipso domino emphyteuseos ἀμέτως emunt, illiusque traditione emphyteusin consequuntur, resp. F. I. L. *Mens. Jan.* 1705. conf. *d. Const. Elect.* 1. §. 1. non autem collaterales aut extranei heredes *d. Const.* §. Wenn aber. Ceterum diligenter spectanda est consuetudo locorum *d. Const.* 1. *pr & §. fin.* Legitimum modum introducendi laudemii, in primis in casum mortis, in Sax. El. definivit *Generale d. d.* 3. *Nov.* 1751. constituit enim, ut ad probandam laudemii, atque adeo ejus etiam, quod in casum mortis pendendum, diuturnitate temporis, introducti, consuetudinem sufficiat, docuisse, laudemium per 31. annos 6. hebd. 3 dies, ante actionem institutam, solutum ab hominibus fuisse, nullisque actibus contrariis consuetudinem istam interruptam esse: utque non minus, probante directo domino, se, quotiescunque casus extiterit, a mortui domini utilis heredibus, ut loci incolis, laudemium in casum mortis accepisse, præscriptio, ab hujusmodi possessione veniens, regulariter obesse debeat omnibus iis, quos, quorumve heredes, currente præscriptione, istud laudemium non solvisse, evinci non possit, atque adeo regula contra quemcunque dominum utilem, sive incolam ejus loci, utpote membrum universitatis, tamdiu valeat, donec probarit exemtionem a laudemio, vel qualitatem ejusmodi, unde præsumtio exemtionis nascatur.]

Ib. post Not. 10.

[* *Nota* 11. Taxationem prædii ad eruendum verum valorem regulariter fieri non debere, nisi ita conventum; sic resp. F. I. L. m. Aug. 1762. conf. L. zu Reuß. a. d. Orl. aut dolus concurrat.

Nota 12. Interdum prædium habere alium dominum jurisdictionis, alium emphyteuticarium, quo casu ille contractum super eo prædio confirmare prohibetur, nisi prius domino emphyteuticario, dem Lehn- und Zinsherrn laudemium cum canone præstitum sit; ex edicto Elect. *d.* 14. *Aug.* 1767. *]

Ib. thes. XXIX. Not. 1. lin. 2.

post verb. *de locat. cond.*

[jure nim. canonico, in emphyteusi ecclesiastica: quod in foro receptum omnino est: quamquam jus civile nullum moræ purgandæ locum relinquit: cum ipso jure, mora commissa, emphyteuta jure suo excidat, *L.* 2. *C. h. t. Nov. VII. c.* 3. §. 2.]

Lib. III. Tit. V. thes. XXIX. Not. 2. post lin. & verb. ult.

[Ita ratio est illa quidem a DD. recepta: sed nullo ex loco juris probari potest, hanc actionem ad meram vindictam esse comparatam. Nuspiam comparatur cum actione injuriarum. Sed ex contractu oritur: quale jus heredi & in heredem esse constat Quod autem in *l.* 2. *C. h. t.* dicitur, dari domino facultatem expellendi emphyteutam, id nullam aliam vim habet, quam non cogi dominum invitum, jure suo uti, nec esse in arbitrio emphyteutæ, solutionem canonis negligendo, efficere, ut possit invito domino ab emphyteusi recedere, add. *Nov. VII. c.* 3. §. 2. *Nov. CXX. c.* 8. Itaque etiam falsum est id, quod a multis defenditur, emphyteusin demum committi post voluntatem a domino declaratam: quam, ut in foro receptam, A sequitur.]

[* *Nota* 2b. Moram purgari, simulac dominus canonem restantem, post biennium vel triennium ab emphyteuta oblatum accipiat, sive hoc fiat ante actionem privatoriam, sive ea jam instituta, quamvis declaret, se salvo jure facere, sic jud. F. I. L. m. Majo 1769.

[* *Nota* 2c Emphyteutæ liberum esse, ante diem ac sub initium cujuslibet anni, quamvis die solutionis nondum veniente, solvere, dominumque directum ad accipiendum cogi posse, quamvis forte huic magis ex re esse videatur, destinato demum tempore accipere; ut resp F. I. L. m. Aug. 1762 conf. L. 3. Neust. an der Orl. in casu, quo emphyteuta quotannis medio anno aliquot gallinas, Füllhühner, canonis loco præstare debebat *]

Ib. Not. 4. lin. 2.

post verb. *non incumbere probationem.*

[* scil. non factam esse solutionem *]

Ib. thes. XXX. Not. 1. lin. 6.

post verb. *intervenire. pro soc.*

[Id fit per Constitutum possessorium, de qua fictione v. Noodt. *Prob. I, 6. fin.*]

Ib. lin. 14.

post verb *l.* 52. § *ult eod.*

[exemplum hujus societatis, in pactis dotalibus conventæ, habet Struv. *Dec. Sabb. Dec. III. c.* 11.]

Ib. thes. XXXI. Not. 4. post lin. & verb. ult.

[Quod si nullæ partes expressæ sunt, æquas eas esse constat, *l.* 29. *pr. h. t.* h. e. viriles, propterea, quia ex jure civili societas consideratur, tamquam fraternitas quædam *l.* 63. *pr. D. h. t.* v. Huber. *Prælect. Instit. ad tit. de soc. num.* 4. *& Evnom. ad d. l.* 29. conf. Noodt. *Comm. Dig. h. t. p.* 389. *seqq.*]

Lib. III.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn816544042/phys_0134
DFG

Lib. III. Tit. V. thes. XXXII. Not. 4. lin. 2.

post verb. *& S. 1. pro soc.*

[ita tamen, ut in ceteris societatibus tantum locum habeat tum, cum agatur pro socio, in societata universali autem semper: quoniam quidem hic omnes actiones, inter socios, sunt pro socio: quo pertinet *L.* 16. *de re judic.*]

Ib. Not. 5. lin. 5.

post verb. Bosens, *M. Jul.* 1710.

[* & F. I. L. m. Aug. 1768. cons. Senatu z. Lützen. *]

Ib. Not. 6. lin. 6.

post verb. *de auct. præstand.*

[* sic jud. F. I. L. m. Apr. 1769. cum de aqua ex communi aquæductu cuidam concessa ageretur, uno universitatis membro contradicente. *]

Ib. thes. XXXIII. Not. 1. lin. 6.

post verb. *in societate,*

[* affirmative *]

Ib. post Not. 2.

[* *Nota* 2b. Nullam societatem vel communionem, quando interesse publicum sub ea versatur, sola renunciatione solvi posse, v. g. si duo pagi ratione jurisdictionis, onerum publicorum, vel rerum ad politiam pertinentium conjuncti sunt; tunc enim neuter a communione recedere potest, quemadmodum resp. F. I. L. m. Aug. 1768. cons. C. z. Oberau. *]

Ib. thes. XXXIV. Not. 1. lin. 3.

post verb. *utrumque non obligat.*

[* parimodo curatores mulierum, qui nonnisi consiliarii earum sunt, neque ipsis ex consilio dato, tenentur, ut jud F. I. L. m. Febr. 1771. cons. Reg. Guelferbytano; neque ex eodem in tertiorum præjudicium dato ab his, quamvis negotium injustum, seu invalidum sit, conveniri queant, ut jud. F. I. L. m. Maj. 1769. cons. præs. Zwickau. *]

Ib. lin 12.

post verb. *hæc obligat.*

[* v. g. si sciens, aliquem non parem esse solvendo, nihilominus eum commendet, verbis utens: er sey ein guter Mann, dem wohl zu trauen, bey dem keine Gefahr, vel: er wolle verschaffen, daß der Creditor bezahlet werden, und ohne Gefahr seyn solle. *Dec. El.* 42. *]

Ib. thes. XXXV. Not. 1. post lin. & verb. ult.

[Istam autem divisionem cum rationibus juris civilis pugnare, ostendit Noodt *de*

Pact. & transact. c. XXVII. cf. Vinn. *Sel. Quæst. I*, 10. & Bœhmer, *Jur. Eccles. Protest. tit. de procurator.* §. 4. *sqq. T. I. p.* 902. *sqq.*]

Lib. III. Tit. V. thes. XXXVI. Nota: lin. 13.

post verb. *obtinetur.*

[Neque vero litis denunciatio in mandato rei illicitæ locum habet, *O. P. S. R. Tit. XIV.* §. 1.]

Ib. lin. 14.

post verb. *fines mandati*

[in re illicita]

Ib. post lin. & verb. ult.

[Alia quæstio est, si mandatarius, in re licita, fines mandati egressus sit, utrum adversus mandantem etiam de eo, quatenus excessit, ei detur actio. Quod quidem negandum est § 8. *I. h. t.* Aliud enim egisse videtur mandatarius *L.* 1. *L.* 33. *D. h. t.* Quod si vero mandatarius, qui fines mandati excessit, remittere paratus sit, quatenus excessit, in tantum, quantum mandatum est, actio utrum adversus mandantem detur, magna olim inter Sabinianos & Proculianos controversia fuit. Sed §. 8. *I. h.* recepta & probata est sententia, ut detur mandati actio ei, qui fines mandati excessit, si eatenus tantum agat, quatenus mandatum, v. Cujac. *Obs. XII*, 34.]

Ib. thes. XXXVII. post Not. 9.

[* *Nota* 10 Mandatarium ad merces vendendas, h. e. institorem, regulariter suo periculo emtoribus fidem de pretio habere, uti jud. F. I. L. m. Mart. 1763. cons. jud. z. Kl. Goddula. *]

Lib. III. Tit. VI. thes. I. Not. 3. post lin. & verb. ult.

[Sed usurarum maximarum rationem hac in causa hodie locum non habere, judicavit F. I. L. *M. Jan.* 1701.]

Ib. Not. 4. post lin. & verb. ult.

[* satis igitur est, negotium utiliter esse cœptum; quamvis alius si eventus, ut resp. F. I. L. m. Febr. 1769 cons. L. G. z. Glauchau. *]

Ib. post Not. 6.

[*Nota* 7. Culpam levem hodie a gestore regulariter præstandam esse, *l.* 20. *C. h. t.* quamquam, ex rationibus juris civilis, levissima exigenda esset, cum negotiorum gestor se semper ultro offerat, aliosque adeo a negotiis excludat, forte melius gesturos: adeoque maximam diligentiam profiteatur, v. Noodt. *Comm. Dig. h. t.* & Schulting. *ad πρωτ. Dig. h. t. p.* 404. Interdum autem lata tantum culpa præstanda est, v. c. *in negotiis perituris*, *L.* 3. §. 9. *D. h. t.* Nonnunquam etiam

casum

casum fortuitum ferre debet, si negocium suscepit novum, quod dominus suscipere non solebat, v. c. servos venalicios emendo, *L.* 11. *D. h. t.*]

Lib. III. Tit. VI. thes. I. Not. 7. lin. 6.

post verb. *in morbum ultimum. p.* 1. *c.* 28.

[quod ad maritum non est referendum, qui impensas funeris repetit: nam alimentis adnumerantur sumtus, in uxoris curationem facti, *L.* 13. *C. de negot. gest.*]

Ib. post lin. & verb. ult.

[Ceterum in Sax. El. tempus lugendi definitum, sumtus funebres circumscripti finibus, iique, qui modum excedunt, prohibiti sunt, Mandato wegen Abstell- und Einschränkung der übermäßigen Trauer, d. d. 29. Jul. 1739. Quocum comparandum est novum *Mandatum d. d. 7. Mart.* 1750. in quo tempus & præcipue modus lugendi magis circumscribuntur, & in nonnullis captibus certius definiuntur.]

Ib. thes. II. lin. 10.

post verb. *ad reddendas rationes*,

[* quod tamen sit impensis pupilli, ut jud. F. I. L. m. Dec. 1764. cons. Regimine Francohusano. *]

Ib. Not. 1. post lin. & verb. ult.

[* ac F. I. L. sæpissime. *]

Ib. Not. 7. post lin. & verb. ult.

[* Pari modo F. I. L. solet tutoribus modicum aliquod salarium, quo indemnes præstentur, ratione operæ ac temporis tutelæ impensi, suis vero negotiis detracti, concedere, uti judicatum memini ao. 1766. cons. præs. Voigtsberg. ac a. 1770. m. Mart. cons. regimine Vinariensi. At Scab. L. aliter visum, cons. ao. 1762. eodem præfecto Voigtsbergensi. Operarum industrialium quoque mercedem, tutorem a pupillis peti posse, v. g. Advocatum sportulas, litium, jud. ead. F. I. in dicta causa, quod confirmavit Princeps Rescripto. *]

Ib. Not. 9. post lin. & verb. ult.

[* Sic jud. F. I. L. m. Febr. 1770. & ea de causa denegata actio minorenni, qui post adeptam majorennitatem, tutorem non ad rationes reddendas, sed ad certam nominatam summam, quam tutor durante minorennitate pupilli nomine receperat, executive convenire studebat, cons. jud. z. Ostrau. *]

Ib. Not. 11. post lin. & verb. ult.

[Utraque neque hodie recessit ab usu, cum ipsa administratio pro tutore, vel curatore nondum defierit, *a. O. P. S. Tit. XLV.* §. 5.]

Lib. III. Tit. VI. thes. II. Not. 12. lin. 5.

post verb. *cum usuris*, *l ult. d. t.*

[Hodie tamen discrimen magistratuum majorum & minorum hac in causa sublatum est, *R. I. d. a.* 1577. *t.* 32. §. 1. *&* 3. Carpz. *P.* 2. *c.* 11. *d.* 41.]

Ib. thes. III. Not. 1. post lin. & verb. ult.

[1) *directa*, quæ datur inter dominos, 2) *utilis*, quæ datur propter communionem, (1. alius juris in re, velut, pignoris, *l.* 7. § 6. *D. h. t.* ususfructus, *l.* 7. §. 7. *h. t.* (2. propter communionem Jurisdictionis, juris patronatus, decimarum, *a. l.* 19. §. 4. *D h. t.* (3. putativam *l.* 6. *h. t.* aut dissolutam, cum meræ præstationes personales petuntur, *l.* 11. *h. t.*]

Ib. Not. 4. lin. 2.

post verb. *de qua dixi supra.*

[* *L. II. t.* 2. §. 34. *]

Ib. Not. 10. lin. ult.

post verb. *supra lib.* 1.

[* *t.* 4. §. 11. *]

Ib. Not. 14. lin. 3.

post verb. *quemadmodum dixi*

[* *h.* §. *not.* 2. *]

Ib. Not. 15. lin. 7.

post verb. *Consil. æstiv.* 1647.

[* Eandem sententiam fovet F. I. L. unde pronunciari solet: inter coherodes, vel socios esse prius privatam licitationem instituendam, in qua si convenire nequeant, tunc ad subhastationem deveniendum. Sic jud. dicta F. m. Jul. 1763, cons. Reg. Sondershus. *]

Ib. thes. V. lin. 6.

post verb. *consequendam.*

[* cf. supra *L. II. t. IV.* §. 49. 50 *]

Ib. thes. VI. Not. 3. post lin. & verb. ult.

[* §. 1. *not.* 4. *h. L.* *]

Ib. thes. VII. Not. 2. lin. 17.

post verb. *qui dubitat*, *l. ult. C. de cond. jud.*

[Errarunt tamen Doctores & interpretes, qui errorem facti tantum causam huic condictioni dare, existimarunt, cum in toto titulo de condictione indebiti hoc discrimen inter errorem facti & juris non reperiatur: immo vero plura sint capita,

quæ

quæ de alio, nisi juris errore, intelligi plane non possint, v. c. *L.* 38. *L.* 59. *D. h. t. L.* 79. *D. de legat.* 2. *L.* 1. *pr. D. ut in poss legat.*]

Lib III. Tit. VI. thes. VIII. Not. 2. post lin. ult.

[* it. de a. 1483. §. des Mälzens und Brauens, Resol. Grav. de a. 1609. t. v. Justit. Sach. §. 26. & de a. 1661. t. eod. Mand. 31. Dec. 1676. quod tamen de iis tantummodo intelligendum, qui hospites commorantes ac pernoctantes, vel vehicula cum jumentis recipiunt, so beherbergen, und Ausspann haben; nam cerevisiæ, vel vini adusti potum advenientibus præbere, Bier und Brandtewein Gäste setzen, non est, novam cauponam erigere, ut sæpe jud. F. I. L. quamvis meminerim Rescripti Elect. *d.* 30 *Jul* 1766. ad judicem Otterwischensem dati, quo is, qui sua sponte vinum adustum advenientibus hospitibus, & bibentibus in ejus domo, vendere cœperat, quinque thaleris multatus, eique hac facultate, vinumque infra dimidium modii consueti, unter einer halben Kanne, vendere, sub pœna carceris interdictum est. Nam omnes cauponæ clandestinæ, Winkel-Schenken, de novo prohibitæ sunt Mandato regio *d.* 14. *Dec.* 1753 contra fures ac raptores lato, §. 1.

Nota 2b. In Saxonia Elector. magistratuum esse, cauponibus certam æstimationem, seu taxam constituere, quantum scilicet ab hospitibus pro esu potuque, ac pro eo, quod homines ac jumenta hospitio excipiunt, postulare & accipere liceat; quam æstimationem qui superat hospes activus, XX. thaleris punitur, *Generale d.* 30. *Maj.* 1763.

Nota 2c. Ex singulari privilegio permissum esse postarum magistris, ut eos, qui cursu publico vehuntur, hospitio excipere possint, Post-Ordn. d 27. Jul. 1713. §. 5. Idem ratione omnium peregrinantium licet unicuique tum, quando cauponæ publicæ hospitibus repletæ sunt; *Ord. Pol. de a.* 1661. *t. XII.* §. 7. *]

Ib, Not, 3. lin. 6.

post verb. *testatur.*

[* simili modo jud. F. I. V. ap. Wernher. *P. IX. obj.* 229. *]

Ib. Not. 9. lin. 3.

post verb. *merces retineat.*

[*O. P. S. Tit. LI.* §. 1.]

Ib. thes. IX. lin. 3.

post verb. *infra lib.* 4.

[* *t.* 23. conf. *dissert. m. de discrim. lit. cont. ant. ac hod sect.* 2. §. 2. *]

Lib. III. Tit. VII. thes. I. Not, 5. post lin. & verb. ult.

[vid. supra hoc libro *tit. I.* §. 4. *n.* 1.]

Lib. III.

Lib. III. Tit. VII. thes. IV. lin. 1.

post verb. *de suffragio.*

[de suffragio v. Cujac. *Comm. ad Novell. VIII.*]

Ib. Not. 2. post lin. & verb. ult.

[v. Jac. Gothofred. *Comm. ad L. 2. C. Theod. si cert. pet. de suffrag.*]

Ib. thes. V. lin. 1.

post verb. *assecurationis,*

[de quo vid. Bynckershœk *Quæst. Jur. Priv. IV.* 1. *seqq.*]

Ib. post Not. 5.

[*Nota* 6. Adfinis esse censetur *Bodmeria, Bodmerey,* de qua vid. Bynkershœk. *Quæst. Jur. Priv. III,* 15. quamquam potius est species contractus fœnoris nautici. Namque Bodmeriæ hæc vis est, auctore Bynkershœkio, ut sit contractus, quo pecunia creditur magistris navium in exteris regionibus, vel dominis navium in his regionibus, ea lege, ut, si novis perierit, jus crediti amittatur, si salva venerit ad locum destinatum, restituatur cum fœnore convento. Quod quidem fœnus, propter periculi magnitudinem, legitimis usuris majus esse potest. Ceterum tacitam hypothecam in carina reversa creditori esse, docet idem Bynkershœkius, quamvius Strykius *de action. investig. I.* 7. 28. *& not. ad Lauterb. p.* 407. 631. aliique, dissentiant.]

Ib. thes. VI. lin. 7.

post verb. so das Wechselrecht in sich begreiffet.

[* Dubitatum aliquoties, an obligatio cambialis, eine Obligation nach Wechselrechte eandem vim habeat, ac cambium formale, ein Wechselbrief, inprimis circa arrestum personale; quæ res decisa rescripto regio ad academiam Lipsiensem *d.* 14. *Jun.* 1738. conf. *Ord. Proc. Sax. rec. append.* §. 11. *]

Ib. post Not. 2.

[*Nota* 3. Cambium quodvis, etiamsi omissum in eo sit vocabulum, *Commiß*, vel *Ordre*, indossari potest; at contra indossatum exceptio compensationis aut solutionis, nisi solutio in eodem fuerit adscripta, indossantis nomine, indossatario opponi non potest. conf. *Mandat. d. d.* 23. *Decembr.* 1699. *O. P. S. R. N. XXVIII. p.* 200 *seq.* Atque idem etiam pertinet ad pactum de non petendo, aliasque exceptiones omnes, ex facto indossantis descendentes, etsi in indossamento valutæ non fuerit facta mentio. Ceterum si exceptio vera est, in primis cum cambium super debito, lusu contracto, datum, aut alias illicita simulatio occultata, indossans & indossatarius, exceptionum conscius, aut in dolo versatus, debitori duplum,

duplum, secundum severitatem cambialem, praestare cogitur, debitorique, propter conjecturas probabiles, jurare permittitur, *Append* §. 15 *p.* 309. *seq.*]

Lib. III. Tit. VII. thes. VI. Not. 3. post lin. & verb. ult.

[Quod si cambii indossati pecunia non solvitur, cum indossatarius solutionem, veniente die obligationis, flagitaverit, eoque nomine protestatus sit, atque adeo per publicos cursus, vel postam, aut alias intra octiduum, certiorem de eo indossantem fecerit, indossans sortem cum usuris & expensis, secundum leges cambiales solvere tenetur, & indossatarius ad novissimum indossantem, a quo cambium accepit, ab hoc autem non impetrata solutione, ad anteriorem, atque ita, suo ordine, usque ad eum, qui primus cambium dedit, regredi potest: quem ordinem negligere non licet, nisi unus alterve sit manifeste non solvendo. Ceterum Indossatarius, qui die solutionis omittit protestationem, neque proximum indossantem certiorem facit, aut cambii diem suo nomine prorogat, vel aliam debitori dilationem indulget, re-regressu isto plane excidit. *O. P. S. R. App.* §. 14. *p.* 308. *seq.*]

Ib. Not. 6 lin. 2.
post verb. *Cambial. Lipsi.* §. 32.

[* sive creditor quoque mercator sit, sive non, modo debitum a mercatura originem trahat, nam, si ab aliis negotiis, vel contractibus proficiscatur, praescriptio cambiorum non mercantilium quadriennii observatur; quae omnia patent ex Rescripto Principis ad Senatum Lipsiensem dato *d.* 27. *April.* 1768 *]

Ib. post lin. & verb. ult.

[Ceterum cum venit dies cambii solvendi, aut ultimae prorogationis, & intra quadriennium ex eo tempore non est mota actio, cessat judicium cambiale: cambium vero tantum habet vim nudae obligationis. In cambiis mercatorum denique ea sunt observanda, quae Ordinatio Lipsi. Camb. cavit. *Append. O. P. S.* §. 1. 16. *p.* 310.]
[* Distingue igitur 1) cambium mercatorum, idque a) trassatum, cui praescribitur duodetriginta diebus, *Ord. camb. Lipsi.* §. 32. b) proprium vel manuale, quod expirat anno, & c) cambium non-mercatorum, quod per quadriennium durat. Hoc autem spatio elapso, solum arrestum personale cessat, reliquae omnes cambiorum qualitates, v. g. usurae sextantes, inefficacia exceptionum divisionis ac ordinis &c. manent; quod Saxoniae Elector jussit epistola, ad dicasteria data *anno* 1767. *d.* 16. *Novembr.* inprimis vero usum sextantes, in cambio promissae, etiam post terminum solutionis porro debentur, ex alio Rescripto *d.* 25. *Jun.* 1768. *]

Ib. Not. 6. lin. 1.
post verb. *Minor*,

[25. annis]

Lib. III. Tit. VII. thes. VII. Not. 7. lin. 2.

post verb. *liqueat in continenti.*

[* O. P. S R app § 11 & Beyl no XXVI. §. 1 exceptis tamen iis, qui mercaturam faciunt, *O. P. R d. l.* *]

Ib. lin. 5.

post verb. *M. Jul.* 1711.

[Eximuntur etiam [* feminæ non-mercatrices, Beyl. ad O. P. R. no. XII. *] studiosi in Academiis, & potestati patriæ subjecti, peculio castrensi, vel quasi castrensi & adventitio irregulari destituti, quamvis majores 25. annis, vid. O. P. S. R. Beylage N XXV. p. 182. N. XXVI. p. 186. item rustici, nisi mercaturam licitam exerceant, aut prædiorum sint conductores: nec non Clerici, quo numero etiam Organici, omnesque in Consistoriis confirmati, censentur, Beyl. N. XXVII. p. 197. quorum [* scil clericorum; nam cambia studiosorum, filiorum familias, & eorum qui intra XXV. ætatis sunt, ipso jure invalida sunt, dict. Beyl. N. XXV. & XXVI. §. 1. 2. quod posterius signillatim ad feminas non marcatrices porrectum, *Rescr. ad dicast d.* 18 *Mart.* 1727. *] cambia vim chirographi tantum habent: & præterea ipsi puniuntur: nisi sint nomina cambialia ante ingressum officii contracta *O. P. S. R. Append.* §. 11. *p.* 306. *seq.*]

Ib. post Not. 7.

[* *Nota* 8. Cambia, & omnia ea, quæ circa eorum vel validitatem, vel invaliditatem jure Sax. constituta, & hucusque ab Auctore tradita sunt, etiam in ditione Henneberg ca introducta esse, singulari Ordinatione cambiali *d. d.* 2. *Sept.* 1748.]

Nota 9 Si minor XXV. annis, subditus quidem Electoris Sax. at extra hanc terram commorans, ibi cambium scribat, hoc habere vim obligationis. Sic enim intelligenda sunt verba dicti Mandati regii *d* 21. *Apr.* 1724. non autem sic: quasi hæc efficacia tribuenda sit cambiis, ex Saxonia ad creditores missis exteros, ita jud. F. I. L. m Dec. 1764. conf. Regim. Lubbenensi.

Nota 10. Mercatrices cambium, etiam sine curatore se cambialiter obligare posse, *Mand. d.* 18. *Nov.* 1732. *]

Lib. III. Tit. VIII. thes. I. Not. 3. lin. 5.

post verb. *l.* 10. *de admin tut.*

[* tutori culpam levem in concreto præstandam. jud. F. I. L. m, Mart. 1770. conf. Regimine Vinarienfi. *]

Ib. thes. II. Not.. 1. post lin. & verb. ult.

[sive potius, ex principiis juris civilis, leviſſima. vid. supra *tit.* 6. §. 3. *not.* 7.]

Ib. thes. III. lin. 9.

post verb. *culpa,*

[* *l.* 18. *pr. D. commod.* *] Lib. III.

Lib. III. Tit. VIII. thes. III. Not. 3. lin. ult.
post verb. *ut infra*

[* *h. l. t. IX. §. 12. not. 2.* *]

Ib. thes. IV. Not. 1. post lin. & verb. ult.

[* nam juris singularis, inprimis statutorum, ignorantia condonatur, ut jud. F. I. Vit. a. 1716. & 1720. ap. Wernher. *P. V. obs.* 50 *cum supplement* it. F. I. L. apud Hommel, *Rhapf. obs.* 154. *]

Ib. thes. V. Not. 8. lin. 4.
post verb. *l.* 3. *C. eod.*

[* unde prævia sententia condemnatoria opus est, uti jud. F. I. L. m. Oct. 1762. conf. jud. Lichtewald. *]

Ib. Not. 15. post lin. & verb. ult.

[Sed, jure novo, proposita litis denunciationis jactura, ea ad minimum 8 dies ante primum terminum, fieri jubetur, ut de ea adversarius certior reddi, aliusque dies, integrum spatium Sax. complectens, præstitui, etiam ex officio, isque, cui lis denunciata, citari, &, an convenire transigique amice inter litigatores possit, tentari queat. Quodsi is, cui lis denunciata, non venerit ad diem judicii, super litis denunciatione, pro more consueto pronunciatur: idemque sit, si ille venerit quidem in judicium, sed, omni transactione amica frustra tentata, causam principalem simul tractare, recusarit; nisi illam tractationem specialiter in se receperit: tunc enim litem denuncianti, etiamsi vicerit, omnes sumtus litis restituere tenetur. At, si is, cui lis denunciata est, denunciantem illico defendere, & litis continuationem suscipere, voluerit, denuncians, sine consensu actoris, e lite dimitti non debet, salva potestate, ab eo, cui lis denunciata, editionem documentorum, per litteras requisitoriales & compulsorias, petendi. Tempore litis denunciationis legitimo neglecto, ea, una cum regressu adversus auctorem, concidit, nisi jus evincentis manifestum sit: nam hac in causa, is, qui litem cum cura tractavit, ab isto regressu non repellitur. si is, cui lis denunciata, rite facta litis denunciatione, denuncianti exceptiones, uti par erat, non suppeditavit, iis adversus denunciantem deinde, evictionemque postulantem, uti vetatur. *O. P. S. R. T. XIV.* §. 2. *p.* 93. *sq.* Ceterum ea neque in mandato rei illicitæ, neque in possessorio summariissimo, locum habet *l. c.* §. 1.]

Ib. Not. 17. post lin. & verb. ult.

[*vid. not.* 15. de jure novo.]

Lib. III. Tit. VIII. thes. VI. Not. 1. lin. 3.

post verb. *Carpzov.* 2. 34. 17.

[sive potius asthmaticus, hartschlägig: nam illud vocabulum vitiosum esse, & interpreti vel glossatoribus imperitis deberi, dudum observatum est a viris doctis: atque ita etiam judicatum est in Supremo judicio Lipsiensi Prov. 1699.]

Ib. lin. 3.

post verb. *in dolo;*

[* item, cum dixit, equum sine omni vitio esse, uti jud. F. I. L. mens. Mart. 1763. cons. jud. 4. Gosecc. *]

Ib. thes. VIII. Nota: post lin. & verb. ult.

[* sed vid. L. II. Landr. art. 40. *]

Ib. thes. IX. lin. 23.

post verb. *qui eam sub usuris debebant, exegit,*

[* nempe a debitoribus suis, vel si ipse pecuniam mutuatus sit sub usuris *]

Ib. Not. 3. post lin. & verb. ult.

[* at ead. F. recens aliter jud. ap. Wernh. *P. IX. obs.* 187. quod convenientius videtur *l.* 9. *C. de usur.* cf. mox § *X. initio.* *]

Ib. Not. 5. post lin. & verb. ult.

[*E. D. F. p.* (1513. *seqq.*) Jure Sax. El. novo usuræ, sive interesse moræ, pretii pro mercibus tabernariis aliisque, si certus solutioni dies dictus fuit, a die solutioni dicta, (von der Verfallzeit) sin minus, elapsis a traditione mercium, sex mensibus, vel si venditor cum emtore prius egit, a die institutæ actionis (von Zeit der erhobenen Klage) computandæ sunt, v. *Decis. Noviss. XV. d. a.* 1746.]

Ib. thes. X. lin. 9.

post verb. *anno* 1702. *emisso.*

[* nam dicto recessu Imp. nonnisi de interesse moræ agitur, unde in iis provinciis, ubi plures stipulari, lege singulari non interdictum est, semisses promitti possunt. Sic sentire solet, F. I. L. Jure tamen Saxonico etiam semisses tum stipulari licet, cum mutuum creditur quidem sub hypothecæ obligatione, sed præter hanc majoris securitatis causa insimul cambium accipitur. *]

Ib. lin. 10.

post verb. *exigerentur.*

[* Olim in Saxonia Elect. permissæ erant usuræ, in mutuo principis centesimæ, inter mercatores decunces & inter reliquos besses. Sed hoc mutatum dicto Mand. *d. d.* 10. *Mart.* 1704. omnesque usuræ præter semisses cambiales ad 5. procentum reductæ.

dicte. Attamen in eodem Mand. permissum, in mutuo exiguo paucorum dierum vel mensium paulo plures stipulari. Quod si, an hodie adhuc liceat, quæritur, mihi secus videtur, propter generalia verba novissimi adversus debitores inidoneos edicti *de ao* 766. §. 2. daß niemand von ausgeliehenen Capitalien und auf Credit gegebenen Waaren, ausser was den sechsten Zins-Thaler bey Wechseln betrift, ein mehreres als Fünf von Hundert zu fordern berechtiget seyn soll. *]

Lib. III. Tit. VIII. thes. X. lin. 15.

post verb. *Consil. æstiv.* 1710.

[* similiter jud. F. I. L. m. Jan. 770. cons præs. Grünhayn. cum litteris obligationis inserta esset clausula, quod vim cambii formalis habere debeant. *]

Ib. lin. 24.

post verb. fordern und nehmen.

[* Ceterum, si creditor & debitor cambialis diversis locis degunt, quorum in uno graviores usuræ permissæ, res æstimanda est ex loco contractus, ut jud. F. I. L. m. Aug. 1764. cons. senatu Schleusingensi. *]

Ib. Not. 1. lin. ult.

post verb. *ut paulo ante*

[* *h. l. & t.* §. 9. *not.* 2. *]

Ib. Not. 4. post lin. & verb. ult.

[* similiter jud. F. I. V. m. Aug. 1769. at contra sensit F. I. L. m. Jan. 1771. utraque cons. regimine Vinariensi. *]

Ib. post Not. 5.

[* *Nota* 5b. etiam usuras ex mora, quod etiam interesse vocant, ultra alterum tantum currere, cf. infra *h. L. & t.* §. 14. *not.* 2. unde postquam dies solvendæ sortis, sub usurarum stipulatione collocatæ, cesserit, hæ porro ultra aterum tantum, tanquam interesse moræ, peti possunt, ut jud. F. I. L. m. Aug. 1769. *]

Ib. Not. 7. post lin. & verb. ult.

[* 7) quamvis pia causa sit creditrix, ut jud. F. I. L. m. Jan. 1770. *]

Ib. thes. XI. lin. 10.

post verb. *M. Octobr.* 1716.

[* At hodie eadem pœna in Lusatia, obtinere videtur, quippe repetita, per recentiorem legem, adversus dolosos decoctores latam d. 20. *Dec.* 1766. *]

Ib. lin. 12.

post verb. *c.* 2. *de usur. in* 6.

[* cf. d. Mand. *d. a.* 1625. *]

Lib. III. Tit. VIII. theſ. XI. poſt lin. & verb. ult.

[* cf. d. Mand. *de a.* 1766 §. 2. *]

Ib. poſt Not. 1.

[* *Nota* 1b. has pœnas etiam ceſſare, cum uſuræ ſemiſſes ibi datæ, vel promiſſæ, ubi tantum de quincuncibus paciſci licebat, ſed tunc ſextus thalerus acceptus in ſortem imputandus eſt; ita, ut hæc minuatur, de qua imputatione dixi *progr. de conditione immodici fœnoris a.* 1765 prætereaque creditor, ſive acceperit, ſive tantum ſtipulari ſibi fecerit ſextum thalerum, quartæ promiſſæ quantitatis ſumma mulctatur, vid. Mand *ſupra alleg. de a.* 1766. §. 2. *]

Ib. Not. 2. poſt lin. & verb. ult.

[* cf. dict. Mand. *de a.* 1766. Eadem lex etiam ceſſionariis, fraudis conſciis, ſimile ac ipſis uſurariis, internunciis vero & qui operam ſuam hujuscemodi obligationum cautelis conficiendis accommodant, varias pœnas pro judicis arbitrio, usque ad faſtigationem minitatur. *]

Ib. theſ. XIV. lin. 2.

poſt verb. *dictam.*

[Nam melius dicitur & rectius, *id quod intereſt.*]

Ib. Not. 2. poſt lin. & verb. ult.

[* Nec ab uſuris rei judicatæ novum intereſſe peti poteſt, *l.* 3. *C. de uſur. rei jud.* ut jud. F. I. L. m. Oct. 1769. conſ. cancell. Ilſenacenſi. *]

Lib. III. Tit. IX. theſ. I. Not. 7. lin. 4.

poſt verb. die Kirchenbuſſe;

[* quæ diu in Sax. Elect. in uſu fuit, ſed tandem abrogata, per Reſcr. ad Conſiſt. *d.* 14. *Jan.* 1756. *]

Ib. theſ. V. lin. 7.

poſt verb. und in ſeinen Nutzen verwendet;

[* ſcil. quia pecunia privatorum, non publica, eſt; alias crimen *reſidui* foret, quod tamen hodie jure Sax. ſecus, cum & is cui, pecuniæ recipiendæ a privato concreditæ ſunt, crimen reſidui committat, modo ad obſervandam Conſtitutionem *d.* 26. *Sept.* 1705. jurejurando ſe obſtrinxerit; v. dict. Conſt. & Mand. vom anvertr. Guth, d. 17. Dec. 1767. cf. infra *L. III. t. XI.* §. 19. *ſq.* *]

Ib. Not. 2. lin. 3.

poſt verb. *pervenit;*

[* vel concredita ipſi eſt *]

Lib. III. Tit. IX. thes. V. Not. 3. post lin. & verb. ult.

[immo vero jure civili sufficit. §. 3. *I. h. t.* verb. *rem tenens visus sit* v. Marcil. *ad d.* §. *I*, & Cujac. *Obs. XI*, 38.]

Ib. Not. 6. post lin. & verb. ult.

[* quod hodie inprimis concessum contra fures ferarum, die Raubschützen, *Mand. d.* 26. *Jan.* 1717. 27. *Jul.* 1719 *&* 9. *Sept.* 1738. item, quando consociati fures ac raptores aliquem adoriuntur, præsente periculo, *Mand. d.* 29. *Dec.* 1733. *]

[v. tamen Cujac. *Obs. XIV*, 15. *XIX*, 12.]

Ib. Not. 8. post lin. & verb. ult.

[* Eo etiam referendum socerum & socrum, jud. F. I. L. m. Jan 1764. conf. Senatu Nordhusano. Neque judex super ejusmodi personarum conjunctarum furto sua sponte inquirere debet, per O. Crim. §. 165. ita jud. F. I. L. m. Jan. 764 conf. mox dicto Senatu. *]

Ib. Not. 9. lin. 3.

post verb. *Constit. ined* 6.

[* cf. infra *h. L. & t.* §. 7. *not.* 8. *]

Ib. post lin. & verb. ult.

[de famulis, mercede conductis, furantibus, eorumque pœna in Sax. Elect. v. die neue Gesindeordn. *d. d.* 16. *Jul.* 1753. *Tit. VI.*] [* ac 16. *Nov.* 1769. *eod. t.* Utraque lege cautum primum, ne furtum famulorum mitius puniatur, quam extraneorum, deinde, ut quando illi non furtum quidem proprie faciant; at in emendis comestibilibus aliisque rebus, dominos, vel obolo, defraudent, prima vice duorum dierum carcere cum carena, mox numellis, post ergastulo vel ad opus publicum condemnatione coerceantur. *]

Ib. Not. 10. post lin. & verb. ult.

[hodie quod 12. thaleros, 12. grossos excedit, ut Mandat. de raptor. & furibus d. 27. Jul. 1719. §. Wir wollen. Cod. Aug. T. I. p. 190. æstimari jubet.]

Ib. Not. 11. lin. 4.

post verb. *p.* 4. *c.* 32.

[* neque adeo sola effractio; verum armorum gestio, cum consilio, iis utendi, omnino necessaria; quæ opinio hodie singula Saxoniæ Elect. collegia ingressa est, cf. Carpz. *pr. crim. qu.* 79. *n.* 16. *sq.* Kress. *ad Ord. crim. art.* 159. §. 4 sed ita tamen, ut fines Saxoniæ non egrediatur; nam extra eam sola ascensio vel effractio ad furtum qualificatum sufficit, ut jud. F. I. L. a. 1764. ap. Hommel. *Rhapsod. obs.* 195. *]

Lib. III.

Lib. III. Tit. IX. thes. V. Not. 11. lin. 9.

post verb. prießen, *M. Majo* 1710.

[* hodie & unus fur, solus, qui armis instructus furatur, furtum qualificatum committit, quemadmodum sæpissime cum a Scab. L. tum a F. I. L. judicatum memini. *]

Ib. post Not. 13.

[* *Nota* 14. aliquot pœnas singulares, quas jure Sax. El. certis quibusdam furti speciebus minantur: α) qui ligna furatur, aut arbores cædit, lucri causa, ordinaria furti pœna tenetur, *C.* 37. *P. IV.* qui vero ex petulantia vel malitia arbores fructiferas vel alias vulnerat, aut cædit, præter pretii restitutionem, pro singulis arboribus XXX. solidos argenteos, aut ſi Schillings-Pfennige, i. e. duas sexagenas antiquas domino, mulctæ loco solvit, inops sit, damnumve immodicum datum, carcere, aut labore, vel is in evellendis arboribus radicibus, Stockausroden, vel in ergastulis opereve publico, item relegatione, imo fustigatione punitur, *d. Const.* 37. Mand. wegen Propfung ꝛc. der Bäume, *d.* 11. *Maji* 1726. §. 19. Rescr. *d.* 11. *Apr.* 1729. b) furta minuta frugum de arboribus, 8. vel 14. dierum, carcere, vel labore evellendarum radicum, magna vero, ut reliqua furta, coercentur, *dict. Mand.* c) qui ligna, publico gratiæ jure in Alstri adnatantia, furatur, primum pœnam subit pro singulis, thalerorum quinque, pro frustulis, duorum; aut octo dierum carceris, delicto reiterato ad numellas vel opus publicum damnatur, per *Mand. d.* 21. *Aug.* 1745. furto vero lignorum Sala advectorum pœna est pro singulis, florenorum decem, pro dimidiis, dimidium, pro cortice vel minusculis carcer & numellæ, in inope opus publicum & fustigatio *Mand. d.* 16. *Jul.* 1743. denique in fluviis die Weiseritz, Wilitzsch, Unstrut, und Gera dictis, item in Mulda, Plissa ac Albi, pro singulis integris lignis etiam decem florenorum; si plura auferuntur, pœna ordinaria, *Mand. d.* 6. *Mart.* 1669. *d.* 1. *Oct.* 1698. 27. *Maji* 1700. *&* 10. *ac* 11. *Apr.* 1709. at in metallifodinis, bey Bergwerksstößen, pro singulis lignis unus florenus, in majoribus furtis itidem pœna ordinaria, *Mand. de eod* 11. *Apr.* 1709. & *d.* 29. *Febr.* 1752. Antea in flumine Weiseritz, Alstri & Sala fures post octiduum carcerem publicamque denunciationem, appenso, in tergo, ligno, cistæ vel crali viminea impositi, in aquam conjiciebantur, *Mand. d.* 10. *Dec.* 16:9. *& Febr.* 1636. quæ tamen pœna hodie vix in usu. d) qui feras majores furantur, sic, *Const. ined.* 7. prima vice vel cum fustigatione perpetuo exilio coercentur, vel per sex annos ad opus publicum condemnantur, vel cum perpetua relegatione ter quaterve pœna, quæ Wippen aut *Tratto di corda* vocatur (de qua vid. Heil. *jud. & defens. c.* 6. §. 69. *no.* 17.) afficiuntur; altera vice perpetuo carcere opereve publico, vel amputatione manus, aut fractura pedis mulctantur; quæ tamen pœnæ hodie non

observantur;

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn816544042/phys_0148
DFG

observantur; potius mox pœna furti ordinaria constituta est, *Mand. d.* 10. *Oct.* 1584. at recentius, condemnationis in opus publicum; celatores vero & auxiliatores, mulcta vel carcere, atque adeo non minus opere publico coercentur, *Mand. d.* 9. *Sept.* 1738. De furibus ferarum minorum v. supra *L. II. t.* 2 §. 8. *not.* 4. 5. 6. 8. e) iis, qui in metallifodinis metalla surripiunt, vel in ea re auxilium præstant, pœna quingentorum thalerorum, aut, si non habeant in ære, corporis afflictiva vel capitalis constituta. *Mand. d.* 22. *Maji* 1683. 6. *Jul.* 1686. & 15. *Nov.* 1701. inprimis omnes, qui Kobald furantur, aut furibus opitulantur, parthieren, suspenduntur, nulla habita ratione nec quantitatis, nec restitutionis, *Mand. d.* 24. *Sept.* 1723. f) conchas, quibus margaritæ insunt, repertas in fluviis, aliisve aquis, inprimis in advocatorum terra, Voigtland, surripere, prohibitum Mandatis d. 5. Nov. 1685. & 28. Dec. 1754. sed certa pœna non definita, verum judices, rem ad Principis senatum fisci deferre, jussi *]

Lib. III. Tit. IX. thes. VI. Not. 1. lin. 5.

post verb. *ut infra*

[* *h. L. t.* 12. §. 5. *]

Ib. post lin. & verb. ult.

[cf. *Mandat. d. Varsov. d.* 11. *Maji* 1726. §. 19.] [* Eo etiam referas, si quis tempore pentecostes aut alio ramos betularum cædit, ut odoris causa in ædibus sacris aut domibus collocentur, die Abhauung der Pfingst-Mayen, quod prohibitum sub pœna LX. grossorum, *Mand. d.* 25. *Febr.* 1715. & *Rescr. ad Consist. Lipsi. d.* 3. *Apr. d. a.* *]

Ib. Not. 7. lin. 18.

post verb. *qui corpore patitur*,

[ejusve heredes,]

Ib. lin. 21.

post verb. *Elect. Crim. p.* 45.

[sin autem, sententia capitali dicta, ante executionem in carcere moriatur, heredes furtum restituere debent. *Mandatum* vero *de raptoribus d. a.* 1719. restitutionem omnino jubet; etiamsi res in natura non amplius exstet. De restitutione autem sumtuum inquisitionis olim *Const. El.* 12. *P. IV.* cautum erat, ut, fure pœna capitali vel corporali affecto, neque ipse, neque heredes eos restituere tenerentur. Sed *Mandat. d. a.* 1719. *laud.* id ita mutavit, ut fures, qui vel pœna corporali adfecti, vel ad opus publicum condemnati, & heredes eorum, qui ultimo supplicio adfecti, restituere sumtus istos teneantur,]

Lib. III. Tit. IX. thes. VI. Not. 7. post lin. & verb. ult.

[* 3) annus præterlapsus sit, Landr. l. c. *]

Ib. thes. VII. post lin. 12. &

post verb. *non excedat, p. 4. c. 32.*

[* vel a domino pure, & absque conditione remittatur, cum remissio par sit restitutioni, *Rescr. d. 20. Aug. 1720. dec. nov. 40. de ao. 1746.* dummodo utroque casu, fur crimen ante responsionem ad articulos inquisitionales confiteatur, eoque pœnitentiam suam ostendat, *Mand. d. 26. Jul. 1719. Rescr. d. 12. Apr. & 26. Aug. 1720.* ad quam confessionem judex furem adhortari, & dicti beneficii certiorem reddere debet, *Mand. d. 6. Dec. 1741.* *]

Ib. Not. 1. post lin. & verb. ult.

[* hodie omnino remissio domini, etiam furtum juramento confirmantis, reo, justo tempore confitenti prodest, adversus fustigationem, *Resor. d. 29. Jun. 1746.* *]

Ib. Not. 2. lin. 21.

post verb. *dixi Elect. Crim. pag. 42.*

[* huc inprimis pertinet, quod merces, mercatori furto oblatæ, æstimandæ sunt juxta pretium, quo eas quondam emit, non, quo ipsas vendere constituit; ut sæpe judicari memini, tum a F. I. L. tum a Sc. L. *]

Ib. post lin. & verb. ult.

[In Sax. Elect. olim ex *P. IV. C. El.* 32. fur puniebatur arbitrarie, si furtum, antequam in carcerem conjiceretur, restitueret: & secundum *Const.* 33. is, qui furtum cum omnibus circumstantiis confestim confessus erat, fustigatus perpetuo relegabatur. Sed *Mandatum de raptoribus d. a.* 1719. neque remissionem, neque restitutionem, simpliciter voluit valere ad mitigandam pœnam capitalem. id tantum sanxit, ut, si fur, ante cœptam inquisitionem specialem, pœnitentiam fateretur ac restitueret, omissa pœna capitali, arbitraria imponeretur. Id quod *Rescr. d. 26. Aug. 1720.* ita explicatum est, ut sola pœnitentia sine restitutione a pœna ordinaria non liberet. Restitutioni denique ea vis attributa est, sive ante inquisitionem generalem, sive ante specialem, fiat. *Rescr. d. 12. Apr. 1720.* modo fiat ante responsionem ad articulos inquisitionales. *Mandat. d. 26. Aug. 1720.* conjuncta tamen semper esse debet confessio rei, ante responsionem ad articulos libere facta. Remissionem autem [* ac restitutionem *] eam vim habere voluit *laud. Mand.* sive antea, sive postea a domino facta sit. Cum vero dubitatum esset, utrum remissio hanc vim haberet, si post responsionem ad articulos facta esset, item utrum locum haberet, si reus vel ante responsionem istam fateretur, & postea demum restitueret, vel si remissio quidem antea, sed hac tamen conditione fieret, si postea restitutio sequeretur:

retur: eam ob causam *Rescr. d.* 18. *Jan.* 1721. constitutum est, ut inter remissionem, & restitutionem nullum discrimen faciendum sit: neque restitutio ante responsionem ad articulos necessario facienda, sed, si reus ante responsionem crimen ultro confessus sit, restitutioque etiam demum ante executionem fiat, ea re, non secus ac remissione, pœna ordinaria mitigaretur: idque eo minus dubium esse oporteret, si remissio & restitutio concurreret, vel remissio sub conditione restitutionis fieret. Denique *Decis Noviss. XL. d. a.* 1746. cautum est, ut remissio domini, sub certis expressis conditionibus facta, pro pura non habeatur, neque adeo vim habeat, nisi conditioni factum sit satis.]

Lib. III. Tit. IX. thes. VII. post Not. 6.

[*Mandat. Regium d. d.* 14. *Dec.* 1753. cautum etiam est de cauponibus, fures recipientibus, vel furtis opem consiliumque præstantibus, etsi ex re furtiva ipsi nihil perceperint, item de iis, qui furibus instrumenta, ad furta perpetranda idonea, scienter consultoque, conficiunt, ut non secus, ac ipsi fures & raptores, puniri debeant. Idem constitutum est de iis, qui famulos furta committentes, consilio aut opera adjuvant, in der neuen Gesindeordnung, *d. d.* 16 *Jul.* 1735. *Tit. VI.* § 3.] [* ac *d. d.* 16 *Nov.* 1769. *eod. t. &* §. *]

Ib. Not. 7. lin. 3.

post verb. *lignariorum*,

[*P. IV. c.* 4. §. *und. & f.* Carpzov. *ad d. Const. def.* 3. conf. Patent wegen der Floßholzdeuben bey der Saalenflösse *d.* 16. *Jul.* 1743. item Mandat, wegen der Floßholzdeuben bey der Elsterwerder Floßgraben- und Canalflösse, *d.* 2. *Aug.* 1745.] [* conf. supra *h. L. & t.* §. 6. *not.* 14. *]

Ib. post Not. 8.

[* hodie, cessante remissione, non frustra fit, cum prævia confessione spontanea ante responsionem ad articulos, in furto magno a pœna suspendii, cf supra § 7. *h. L. & t.* in furto autem quinque aureorum a fustigatione liberet, ex Rescr. *d. d.* 29. *Jun.* 1746. Eadem vel restitutio, vel remissio furi prodest, confessione nonnisi ad articulos facta, tum, quando, judicis inscitia, vel omnino non, vel omisso nomine furtum passi, summariter interrogatus est, sec. Rescr. ad Scab. L. *d. d.* 20. *Oct.* 1725. *]

[* *Nota* 9 a furibus discernendos esse eorum auxiliatores, v. Carpz. *Pr. crim. qu.* 87. Hehler, Parthierer, qui pro ipsis furum sociis non habentur, adeoque nec inter eos, quoad pœnam dictandam, connummerantur; verum secundum eam pecuniæ summam puniuntur, quam recipiendo, celando, emendo vel aliomodo ex rebus furtivis perceperunt; ita, ut, lucro quinque solidos attingente, pœna

ſuſpendii locum habeat, Reſcr. ad dicaſt. *d.* 17. *Febr.* 1721. Pœna tamen in furti ſimplicis auxiliatoribus mitigatur, quando crimen ante inquiſitionem ſpecialem fatentur, ſecuta vel reſtitutione vel remiſſione furti, unde etiam ab initio inquiſitionis, ut fures ipſi, ſecundum Mandati d. 6. Dec. 1741. præſcriptum admonendi ſunt. *Reſcr. ad Sc. L. d.* 27. *Apr.* 1762. *]

Lib. III. Tit. IX. theſ. IX. lin. 7.

poſt verb. *l. ult. de priv. delict.*

[* pœna rapinæ ex Conſt. Criminali Carol. V. *art.* 176. item jure Saxonico, tum communi, tum Elect gladius eſt, Landr. *L. II. art.* 13. *Conſt. El.* 35. *P. IV. Mand. reg. d.* 17. *Jul.* 1719. *&* 14. *Dec.* 1753. quæ pœna & hodie obtinet, quando in rapina vis quidem, ſed non adeo magna adhibetur, etſi plures ſint raptores; at ſi ſocietas raptorum, comixto fuſto, hominum vulnerationem vel aliam læſionem magnam conjurgat, rota contunduntur, unicus vero raptor, capite truncatus, rotæ imponitur, ſic Reſcr. ad dicaſteria datum *d.* 27. *Apr.* 1762. Ceterum in dicto caſu, quando rapina a conſociatis hominibus fit, ſatis eſt ad ſupplicium infligendum, ut quis illi ſocietati interfuerit, vel in excubiis ſteterit, ſive ipſe vim adhibuerit, aut quicquam rapuerit, ſive minus, *dict. Mand. de a.* 1719. *Reſcr. ad dicaſt. d.* 11 *Jan* 1723 *dict. Mand. de a.* 1753. §. 3. *& Reſcr. ad dicaſt. d.* 20. *Aug* 1755. *]

Ib. theſ. X. Not. 3. poſt lin. ult.

[Ceterum in Sax. El. qua ratione graſſatores, latrones, incendiarii, a finibus arcendi, quoque modo adverſus eos judicia habenda ſint, noviſſime ſanxerunt, geſchärftes Mandat wider die Räuber und Mordbrenner, *d. d.* 19. *Dec.* 1733. quod repetitum eſt, *d.* 29 *Apr.* 1734. Mandatum, wegen des Diebes und Räuber auch andern liederlichen Geſindel, *d.* 14. *Jul.* 1738. *Generale d.* 1. *Febr.* 1747. & aliud *d.* 8. *Jul.* 1748. & denique Erneuertes und geſchärftes Mandat, wegen Aufſuch- und Entdeckung, auch Beſtrafung des Diebes- und Räubergeſindels, *d. d.* 14. *Dec.* 1753.]

[* ſecundum hoc poſterius, ac Mandatum *d.* 27. *Jul.* 1719. judicatur etiam in terris Schleuſingo-Henneberg cis, ac derogatur per ea Ordinationi provinciali Hennebergicæ, ſec. Reſcr. ad Sc. L. *d.* 14 *Oct.* 1760. *]

Ib. theſ. XI. Not. 5. poſt lin. & verb. ult.

[Diſſentiunt tamen plurimi, qui uſum actionum pœnalium omnino hodie negant, nominatimque de Legis Aquil. actione Grœnewegen de Leg. abrog. ad §. 9. *I. h. t. & L.* 5. *C. h. t.* vid. tamen *O. P. S. R. ad Tit. XVI.* §. 3.]

Ib. theſ. XII. Not. 3. poſt lin. & verb. ult.

[quod in Sax. etiam in ſolutione Wergeldi & emendæ Saxonicæ obſervatur.]

Lib. III.

Lib. III. Tit. IX. thes. XII. Not. 7. lin. 5.

post verb. *Joachimicorum;*

[animali voluptario occiso, vel animal æque bonum, vel Wergeldum præstandum est Landr. *Lib. III. art.* 47. Quod si non fuit voluptarium id, quod occisum est, Wergeldum solvi jubetur, Landr. *Lib. III. art.* 51. cum vero admodum exigua sit *loc. laud.* Wergeldi æstimatio, hodie arbitrio judicis id definitur, v. Schilter. *Exerc. ad Pand. XIX*, 32. interdum arbitraria pœna in eum, qui id damnum dedit, decernitur Carpz. *P. IV. C.* 37. *def.* 8.]

Ib. lin. 7.

post verb. Versäumniß.

[quæ definitur arbitrio judicis hodie *P. IV. C. El.* 42.]

Ibidem

post verb. *solvitur*, *p.* 4. *c.* 42.

[& ab ipso etiam judice definitur, *laud. Const.* 42. §. darüber Carpz. *Pr. Cr. qu.* 99. *n.* 56.]

Ib. Not. 8. lin. 4.

post verb. *Carpz. qu.* III. *n.* 71. *seq.*

[* unde formula Sc. L. das erlittene Gefängniß, Tag und Nacht mit 40. Schilling-Pfennigen, oder 2. alten Schock zu verbüssen. *]

Ib. post Not. 11.

[* *Nota* 12. Eam dari etiam adversus heredes; non enim proprie est actio pœnalis, sed tendit ad indemnitatem ob vacationem acquæstus; sic jud. F. I. L. m. Oct. 762. cons. præs. Misen. *]

Ib. thes. XIII. Not. 1. lin. 4.

post verb. *superiorem.*

[* v. Landes Ordn. *de a.* 1555. *tit.* was zu Ober-Gerichten ꝛc. *]

Ib. Not. 2. lin. 5.

post verb. *Carpz. qu.* 99. *n.* 31. *seqq.*

[* solet tamen, nisi singulorum casuum ratio aliud suadeat, ea æstimatio cujuslibet membri servari, quam Carpz. *l. c. no.* 34. *h.* ex Scab. L. usu recenset, ita ut oculus quinquaginta vel centum florenis, pollex dextræ manus quinquaginta, sinistræ XXX, digitus auricularis dexter X. tres digiti simul mutilati quinquaginta antiquis sexagenis, integra manus centum florenis, quinque dentes sex ejusmodi sexagenis æstimentur; & ab horum exemplorum similitudine ceterorum membrorum emendæ dijudicentur. *]

Lib. III. Tit. IX. thes. XIII. post Not. 2.

[*Nota* 3. Cum v. c. cliens mandarit advocato, injuriam facere, utrumque recte actione pulsari, injuria facta, posse, posse, *l.* 11. §. 3 *h. t.* & multa vel carcere coerceri, *Mandat. El. Sax. d. a.* 1662. *Cod. Aug. T. I. p.* 1141. Atque ea multa nonnunquam a judice, coram quo injuria facta est, citra ambages dicitur, etsi reus alio in loco domicilium habeat. Carpzov. *Respons. II*, 27. Ceterum Advocatus absens regulariter in foro delicti conveniri non potest actione injuriarum, *a Decis. El.* 89. nisi ubi ipse magistratus, officii nomine, injuria adfectus est. *Mandat. de Duell. d. a.* 1712. §. 3. *Cod. Aug. T. I. p.* 1787.] [* cf. *m. coroll. jur. crim.* 1. *]

Ib. thes. XV. lin. 4.

post verb. *l. ult. de injur.*

[v. c. fustigationem in Sax. El. *P. IV. C. El.* 42. §. darüber. *Mandat. de Duell.* §. 22. quo, ex *declaratione d. d.* 4. *Mart.* 1716. *Cod. Aug. T. I. p.* 1853. procurator a parte rei excluditur.]

Ib. Not. 2. lin. 3.

post verb. *de calumn.*

[* nam incipit demum a tempore scientiæ, *dd. ll.* & sic etiam rescriptum a Principe ad præs. Dresd. *d.* 1. *Jul.* 1713. *]

Ib. lin. 12.

post verb. *M. Octobr.* 1709.

[nam hæ demum 31. annis 6. hebd. 3. dieb. præscribuntur. *laud. Const. El.* 46. §. so viel.]

Ib. Not. 7. lin. 4.

post verb. *juratoria cautio*,

[* quæ tamen hodie, cum omni reliqua juratoria cautione, in Sax. El. cessat, *Mand. d.* 27. *Oct.* 1770. §. 13. *]

Ib. Not. 8. post lin. & verb. ult.

[in ejus locum successit der Rügenproceß, *laud. Mandat. de Duell.* §. 22. conf. Mandat zur Erläuterung des wider die Selbstrache, Injurien, und Duelle unterm 2. Jul. 1712. ins Land ergangenen Edicts *d. d.* 1. *Jul.* 1737.]

Ib. Not. 9. post lin. & verb. ult.

[Ceterum persecutio criminalis præscribitur anno, jure Sax. Landr. *L. III. a.* 31. *P. IV. C. El.* 46. *Mandat. declarat.* Edicti *de Duell. d.* 1. *Jul.* 1737. §. 5. In duellis vero cessat omnis præscriptio. *Mandat. de Duell.* §. 43.]

Lib. III.

Lib. III. Tit. IX. thes. XV. Not. 10. lin. 6.

post verb. *nec. ne.*

[conf. *supra* §. 13. *not.* 3.]

Ib. Not. 11. post lin. & verb. ult.

[item denunciationem ex *Mandato Reg. de Duell.* §. 22. unde hodie observatur der Rügenproceß, sed denunciatio in Rügensachen intra annum est facienda *P. IV. C. El.* 46. *Mand. Reg. laud.* §. 22.] [* quod postremum etiam obtinet circa injurias verbales magistratui intuitu officii illatas. nam d. Const. 46 generaliter injuriis verbalibus præscriptionem annalem definit. Ceterum de hoc processu denunciatorio v. infra *L. IV. t.* 31. §. 3. *]

Ib. thes. XVI. Not. 10. post lin. & verb. ult.

[in Sax. El. autem *Mandat. Reg. de duell.* §. 22 penitus abrogata est, & in locum ejus successit der Rügenproceß. ipsa tamen palinodia, pro re nata, locum adhuc habet, v. *laud. Mand. Reg.* §. 3.]

Ib. thes. XVII. Not. 1. post lin. & verb. ult.

[In Sax. El. hodie non minus, quam duella, quæ itidem ad privatam vindictam pertinent, onus retorsio abrogata est *Mandato Reg. de duell. de* 2. *Jul.* 1712. §. 22. v. O. P. S. R. Beyl. N. II.]

Ib. thes. XIX. Not. 2. post lin. & verb. ult.

[Actioni vero ob famosum libellum Jur. Sax. El. præscribitur 31. a. 6. hebd 3. diebus *P. IV. C. El.* 46. §. dergleichen.]

Lib. III. Tit. X. thes. II. Not. 1. post lin. & verb. ult.

[de abortus procuratione, herbis ac potionibus, abortum juvantibus, item de cautione a medicis, pharmacopolis, & chirurgis, adhibenda, modo inquirendi, aliisque ad hoc crimen pertinentibus, v. *Mandatum Reg.* Wider die Abtreib-Umbring. Wegsetzung der Leibesfrüchte und zur Welt gebohrnen Kinder *d. d.* 14. *Octobr.* 1744. §. 5.]

Ib. thes. III. lin. 4.

post verb. Bettler.

[diligentius vero in Sax. Elect. sanxit Mandat. Reg wider die Bettler *d. a* 1715. §. 6. *Cod. Aug. T. I. p.* 1843. item Mandat wider das Bettelwesen *d. d* 15. *Apr.* 1729. quod posterius etiam cavet de cura pauperum, in suo cujusque domicilio. conf. *Mandat. d. d.* 6. *Dec.* 1729 porro *Mand. d. d.* 13. *Dec.* 1730. ac denique accuratissime *Mandat. de* 28. *Dec.* 1733 & *Generalia d.* 13. *Jan.* 1747. & 26. *Aug.* 1750.] [* ex quibus præterea, quæ ad instituendum fiscum publicum in usum eorum, qui res suas incendio perdiderunt, der General-Brand-Kasse, pertinent,

pertinent, hæc imprimis animadvertenda sunt: nemini licere mendicari, sed singula oppida, singulosque pagos, pauperes suos, i. e. qui ex eo loco vel oriundi sunt, vel diuturno tempore ibi domicilium habuerunt, alere debere, quæsita ad eam rem vario modo pecunia; unde quilibet magistratus, qui quenquam mendicari deprehendit, ipsum, si locus domicilii ultra duo milliaria haud distat, eo deferre, si longius, ad proximum præfectum mittere tenetur, ut ab hoc, vel subinde per reliquas præfecturas, usque ad patriam plus quam sexto aut septimo milliari non dissitam, perducatur, vel, si longius distet, illico pœna afficiatur, domumque migrare, limitesve territorii, si extra hoc habitat, relinquere jubeatur. Ceterum pœna mendicantium est, pro magistratuum arbitrio, vel carcer, solo panis & aquæ victu relicto, vel adactio ad opus publicum, vel in iis urbibus, ubi ergastula sunt, ad ea condemnatio, additis, si videatur, plagis, quas vocant den Willkommen. Præter hæc omnibus subditis interdictum, cuiquam, in via aut domo mendicanti, eleemosynas dare, jubentur potius, quicquid ipsis misericordia erga alienam egestatem suadeat, ad publicum pauperum ærarium conferre. Qui recipit mendicantes, pro singulis noctibus ad idem ærarium 12. grossos pœna loco solvit, ac impensas ad deportandos eos fert. *]

Lib. III. Tit. X. thes. III. lin. 6.

post verb. *de anno* 1577. *tit.* 18. *pr.*

[* hoc crimen etiam in Sax. El. prohibitum im Torgauisch. Ausschreib. t. von Getreyde-Vorkauf, & per Mand. d. 2. Nov. 1534. d. 12. Sept. 1571. d. 16. Maj. 1617. 26. Sept. 1619. 15. Sept. 1621. 19. Oct. 1624. 19. Jun. 1662. 16. Febr. 1695 6. Dec. 1698. 1. Jul. & 20. *Dec.* 1719. *d.* 16. & 23. *Mart. d.* 8. 16. & 18. *Apr.* 1720. *]

Ib. Not. 1. post lin. & verb. ult.

[conf. *Mandat.* §. 2. *n.* 1. *laud. d. a.* 1744.]

Ib. Not. 2. lin. 6.

post verb. *in judicio pejeraverit*;

[* jure Sax. distinguendum est inter perjurium, quod vel dolo malo deliberatoque animo, vel culpa & exoscitantia tantum committitur. Illud coercetur digitorum amputatione, vel fustigatione aut relegatione, Policey-Ordn. *de a.* 1612. §. 3. & *de a.* 1661. *t. IV.* hoc plerumque XIV. dierum carcere, nisi sit cum alio delicto, majorem pœnam merente, conjunctum, v. c. cum crimine residui. Id discrimen & hodie adhuc observandum ex Rescripto ad F. I. L. *d.* 14. *Octobr.* 1768. *]

Ib. post lin. & verb. ult.

[* Urpheda, s. Urfrieden, ejusque violatio duplex est, 1) si quis, dimissus ex carcere, se non ulturum, jurat; contra hoc qui agit, perjurii pœna tenetur, 2) si quis

terras,

terras, ex quibus relegatus est, se evitaturum, jurejurando confirmat. Hujus urphedæ fractio prima vice digitorum amputatione, quod tamen hodie vix observatur, secunda, fustigatione, tertia, gladio punitur, *C. El.* 47. *P. IV.* At hodie urpheda non amplius cautione juratoria, sed promissoria tantum præstatur; Mand vom Verfahren in Criminal-Sachen, d. 27. Oct. 1770. §. 13. *] [Quando vero quis id egit, perjurio suo, ut alius corporali pœna adficeretur, eadem pœna adficiendus est, quam alteri intentavit *O. C. art.* 107. Carpzov. *Pr. Cr. qu.* 46. *n.* 56.]

Lib. III. Tit. X. thes. III. Not. 3. post lin. & verb. ult.

[*& lib.* 3. *tit.* 5. §. 4. *not.* 2.]

Ib. thes. IV. post lin. 2.

[Hic memoranda etiam est Lex Saxon. qua unus idemque ponderum & mensurarum modus in omnibus Electoratus Saxon. provinciis adhiberi jubetur Mandat wegen Einführung durchgängig gleicher Ellen, Garnmaasses und Gewichts *d. d.* 7. *Aug.* 1734. conf. quoque *Mand. d. d.* 14. *Febr.* 1754.] [* item *d.* 14 *Febr.* & 20. *Nov.* 1754. ac 19. *Aug.* 1763 quibus ut in dicto de a. 1734 certus mensuris ac ponderibus modus constitutus est, qui unus idemque per omnes provincias observari, & a quolibet magistratu publica ejus cura geri debet. *]

Ib. Not. 2. post lin. & verb. ult.

[Carpzov. *P. IV. C.* 33. *d.* 7. ubi vero constat corpus delicti, & quantitas furti, quin ad ordinariam furti pœnam deveniri possit, dubitare non licet v. Stryk. *de Saccul. & direct.* c. 4. *n.* 26.]

Ib. thes. V. Not. 5. lin. 1.

post verb. *quæ furti.*

[*P. IV. C. El.* 32. Carpz. *Pr. Cr. qu* 86. *n.* 46. *seq*]

Ib. thes. VI. lin. 3.

post verb. *l.* 5. 6. *eod.*

[* pœna ex *Const. crim. art* 115. est corporis afflictiva, hodie ex moribus X. vel XX. thalerorum. *]

Ib. Not. 2. post lin. & verb. ult.

[* sic, neminemque ad denunciandum cogi posse, sæpissime jud. F. I. L. quod tamen cessat 1) in injuriis realibus atrocibus, quæ honoratiori personæ ab alia simili illatæ sunt; *Duell-Edict.* §. 16. 2) in provocato ad bellum singulare, *ib.* §. 31. 3) in eo, qui fugam dolosi decoctoris, *Banqu. Mand. d.* 20 *Dec.* 1766. §. 14. vel 4) crimen, quo subditus ad emigrandum commovetur, *Mandat. d.* 21. *Aug.* 1764. §. 6. aut 5) delictum incendiariorum comperit, *Mand. d.* 16. *Nov.* 1741. §. 5. 6) in blasphemiam audiente, v. infra *h. L. t.* 11. §. 1. *not.* 3. *]

Lib. III. Tit. X. thes. VI. Not. 3. lin. 5.

post verb. *adversus fugitivos milites.*

[* cf. infra *L. III. t.* 11 §. 21. *]

Ib. post lin. & verb. ult.

[& Neue Geſindeordnung *d.* 16. *Jul.* 1735. *Tit. V.* de fugitivis hominibus propriis Ord. Luſat. Sup. wegen der Unterthanen und deren Kinder *d. a.* 1652. *art.* 5. *& Mandat. d. d* 1. *Jun.* 1735.] [* quod repetitum Mand. *d.* 28. *Mart.* 1765. & intuitu Luſatiæ infer. *d.* 12. *Dec.* 1767. *]

Ib. thes. VII. Not. 4. lin. 2.

post verb. *lotaria;*

[in Sax. El. prohibitum eſt, ſortes ſortitionum, ſive lotariarum, ab exteris inſtitutarum, emere *Mand. Reg. d. d.* 4. *Apr.* 1731. quæ tamen prohibitio quodammodo reſtricta *Mand. d. d.* 4. *Apr.* 1754.] [* ſcil. ad eas tantum exteras gentes, quæ ſuis ſubditis non permittunt, in Saxonicis lotariis fortunæ periculum facere; unde eod. Mand. colligendarum ac diſtribuendarum ejusmodi ſortium exterarum, ſine Principis permiſſu, prohibitio addita, eaque novo Mandato *d.* 16 *Nov.* 1770. repetita, ſub pœna XXX. thalerorum, inſimulque interdictum, ne quis, inprimis illis exteris lotariis, quæ ſolis numeris conſtant, & *Lotti di Genoua* appellari ſolent, fortunam ſuam, ſub C. thal. mulcta committat. *]

Ib. lin. 3.

post verb. Glücks-Topf;

[* Glücks-Topfs Würfel-Stech-Kreiſel-Spiel, & alii hujuscemodi ludi, inprimis vetiti ſunt jure Sax. El. per *Ord. polit. de ao.* 1612, *&* 1661. it. *Mandat. d.* 18. *Oct.* 1754. *]

Ib. lin. 8.

post verb. *ob victoriam, l.* 1. *l. ult. C. de aleat.*

[* cf. Mand. *d* 20. *Dec.* 1766. §. 4. *ſeq.* *]

Ib. lin. 9.

post verb. *arg. l.* 1. §. 1. *d. t.*

[* quod jure Sax. diſerte ſancitum d. Mand. §. 5. *]

Ib. lin. 10.

post verb. *inſtitui poteſt.*

[* huic conditioni ſexennio præſcribitur contra colluſorem; elapſo vero, fiſcus publicorum ergaſtulorum hanc conditionem inſtituit. d. Mand. §. 9. *]

Lib. III.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn816544042/phys_0158
DFG

Lib. III. Tit. X. thes. VII. Not. 4. lin. 11.

post verb. *Supplem. E. D. F. part.* I. *pag.* 52.

[* (γ) jure Sax. El. pœna publica; & quidem ex dict. Ord. Pol. si singulis mensibus nobilis ultra unum thalerum perdidit, civis in dignitate constitutus ultra 12. grossos, opifex ultra 4. grossos, & rusticus plus quam unum grossum perdit, singuli X. thaleris; & hodie, qui luso fortunæ, Hazard-Spiel, se committit, sec. *d. Mand. d.* 20. *Dec.* 1766 quinquaginta vel centum thaleris, aut trium mensium carcere punitur. Diebus festis in caupona, chartulis lusoriis ludere, das Chartenspiel prohibitum, sub pœna arbitraria, solus ludus, quo coni globis prosternuntur, Kegelspiel, finito cultu divino per certas constitutas horas permissus, cf infr. *h. L. tit.* 12. §. 22. *]

Ib. post lin. & verb. ult.

[* nempe, si conscius sit, quo casu, etiam omnes oppignorationes, aliæque alienationes, ludi causæ factæ, invalidæ esse jubentur, Mand sæpe alleg. § 5. *]

Ib. Not. 5. post lin. & verb. ult.

[* quod hodie vix servatur. *]

Ib. Not. 12. lin. 2.

post verb. *quod cui. univers. nom.*

[cujus exemplum novissime in Sax. Elect. factum est, institutio collegio Medico chirurgico Dresdæ, & privilegiis ornato, *Mandat. Reg. d.* 18. *Sept.* 1748.]

Ib. post lin. & verb. ult.

[Hujusmodi collegia prohibita hodie arbitrarie puniuntur *a. L.* 13. *D. de pœn.* pro qualitate personarum, causa congregationis & effectu, vid. Schilter. *Exerc. ad Pand. XLIX*, 56. aliquando tamen nihil gravius in collegas aut sodales statuitur, nisi, ut collegium dissolvatur, ac tunc pecuniam inter ipsos dividere permittitur, *L.* 1. §. *ult. L.* 3. *D. h. t.* uti resp. *F. I. L. Mens. Jan.* 1720. Ceterum *Mand. Reg. d. d.* 6. *Dec.* 1720. improbata sunt nominatim collegia der sogenannten Männer- Weiber- auch Witber- und Wittwen- Jungfern- und Junggesellen-Kassen.] [* quod etiam extensum ad ea sodalitia, quæ ad contributiones sumtuum funeralium sublevandosque viduos aut viduas instituuntur, hoc enim absque Principis prævio consensu, sub pœna L. thalerorum prohibitum, sec. Rescr. ad præf. Delizienſem *d.* 29. *Jun* 1762. *]

Lib. III. Tit. XI. thes. I. Not. 2. lin. 2.

post verb. des Prangers, *p.* 4. *c.* 1.

[idque obtinet, quamvis prima vice quis id crimen commiserit, Carpz. ad *laud. Const. d.* 8. *& Pr. Cr. qu.* 45. *n.* 42. *Ord. Pol. d. a.* 1661. *tit.* 3. §. 6 *Cod. Aug.*

Aug. T. I. p. 1567. cui pœnæ ut locus sit, secundum *Mandat. Reg. d.* 4. *Aug.* 1712. *Cod. Aug. T. I. p.* 1805. desideratur, daß der Zusatz: Gottes Sacrament, oder Gottes Sacramentisch gebrauchet, und solches böslich wiederholet sey. Atque hanc pœnam, des Halseisens, etiam exequi potest is, qui jurisdictionem tantum inferiorem habet *Ord. Pol. de a.* 1661. *tit.* 3. §. 3. *Cod. Aug. T. I.* 1567.]

Lib. III. Tit. XI. thes. II. lin. 13.

post verb. *si quis Imper. maled.*

[Severum contra hos maledictores *Edictum* prodiit in Sax. El. *d.* 7. *Febr.* 1750.]

Ib. lin 15.

post verb. *qui ad Eccles. conf.*

[conf. in Sax. El. Mandat wider das Auflaufen und Tumultuiren im Lande *d.* 2. *Jul.* 1726. item contra suspecta litterarum commercia, falsas relationes, & sermones turbulentos, litteras *Patentes d.* 31. *Aug.* 1726.] [* item Mand. wider das Tumultuiren der Bergleute *d.* 25 *Febr.* 1739. der Lehrjungen und des Pöbels in Städten *d.* 18. *Sept.* 1743. der unruhigen Mühlknappen *d.* 25. *Aug.* 1724. & wegen des Auflaufs der Schuhknechte in Augspurg, *d.* 25. *Apr.* 1729. *]

Ib. Not. 11. lin. 2.

post verb. *honorumque d. l.* 5. §. 1.

[conf. de h. l. Jac. Gothofred. *Discurs. Histor. ad Legem Quisquis*, in ejus *Opusculis*, & *Comm. ad L.* 3. *C. Th. ad L. Corn. de sicar. T. III. p.* 96. *ed. Ritt.*]

Ib. post lin. & verb. ult.

[Cetərum *L.* 5. *C. ad L. Jul. maj.* etiam nuda scientia punitur: ex qua causa in Gallia ultimo supplicio adfectus est Thuanus filius, quamvis socius ejus criminis non fuisset.]

Ib. thes. III. lin. 15.

post verb. *respectu feminæ*,

[* h. e. quando uxor cum soluto concumbit *]

Ib. Not. 2. post lin. & verb. ult.

[*Decis. Noviss. XXXIV. d. a.* 1746. cautum est, ut, si quis adulterium factum esse, fateatur, sed, consummatum esse, neget, conjux innocens nihilominus divortium petere possit.]

Ib. Not. 6. post lin. & verb. ult.

[* Kirchenordn. tit. von Strafe der Unzucht, §. würde aber; und Eheordn. *de a.* 1624. *c.* 4. §. würde auch. *]

Lib. III.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn816544042/phys_0160
DFG

Lib. III. Tit. XI. thes. III. Not. 9. post lin. & verb. ult.

[Jure Sax. El. novissimo attentatum adulterium, sive fidei conjugalis violatio, quamvis non consummatum sit adulterium, sufficit ad divortium decernendum, vid. *Decis. Noviss. XXXIV. d. a.* 1746]

Ib. Not. 11. post lin. & verb. ult.

[*Decis. Noviss. XXXIX. d. a.* 1746. in Sax El nunc certi juris est, ut remissa conjugis innocentis, sub conditione facta, pro pura habeatur.]

Ib. thes. IV. Not. 6. post lin. & verb. ult.

[* in Sax. El. abrogata est d. 14. Jan. 1756. *]

Ib. Not. 7. lin. 25.

post verb. *quod V. est, M. Jun.* 1704.

[Ceterum in Sax. El. hodie certi juris est, stupratam ab adultero dotationem petere non posse, cum *Decis. Noviss. d. a.* 1746. definiverit, ut stupratæ, quam stuprator in matrimonium ducere non possit, jus non sit, petere dotationem: infanti tamen inde nato stuprator alimenta debeat.]

Ib. lin. 46.

post verb. Barthel S. *pronunciavit, M. Jun.* 1704.

[In Sax. El. vero *Decis Noviss. XXVIII. d. a.* 1746. avus paternus a necessitate alendi illegitimi nepotis, nisi in subsidium, liberatus est. vid *supra Lib. I. tit. III.* §. 15. *not.* 5.]

Ib. Not. 11. post lin. & verb. ult.

[* stuprum iterato commissum, carcere trium, tertia vice, quatuor septimanarum hodie puniri solet.

Nota 12. Etiam antea ab alio vitiatam a novo stupratore; imo etiam viduam petere posse dotationem: quippe quæ non in præmium amissæ virginantis, sed, ut stuprata meliorem conditionem nubendi inveniat, datur. Sic judicare solet F. I. L. *]

Ib. thes. VI. Not. 2. post lin. & verb. ult.

[* ac F. I. L. m. Jun. 1764. cons. pract. Longosalisensi. *]

Ib. thes. VII. post Not. 2.

[* *Nota* 3. In incestu simplicitas vel duplicitas vinculi non attenditur, ut jud. F. I. L. m. Jan. 1764. cons. prætore Dresdens. *]

Ib. thes. VIII. post Not. 2.

[* *Nota* 3. Incestum interdum mitius puniri; quando femina, non honesta & alias pudica, sed talis prostituitur, quæ jam antea quæstum corpore fecerat; quæ est sententia F. I. L. at Sc. L. ab hoc discrimine alieni sunt. *]

Lib. III. Tit. XI. thes. X. lin. 5.

post verb. *l. ult. de legat jun d. l.* 7.

[Huc pertinet in Sax. *Mandat. d. d.* 18. *Sept.* 1743. contra eos, qui ministros publ. jussu magistratuum officio suo fungentes, injuriis adficiunt, & *Mandat. d.* 25. *April.* 1729. conf. etiam Mandat. wider das Auflaufen und Tumultuiren der Bergleute, *d.* 25. *Febr.* 1739. Non minus vero prohibitum est, militibus, in statione positis, aut excubias explorandi causa agitantibus, resistere, aut injuriam inferre, *Patent. d.* 30. *Aug.* 1735.]

Ib. post lin. 14.

[cf. in Sax. El. *Mand. Reg. de duell. d. a.* 1712. §. 25. 31. *sqq.*]

Ib. thes. XII. lin. 12.

post verb. *de quo supra*

[* *h. L. t. IX.* §. 10. *]

Ib. lin. 18.

post verb. *l. un. C. de his, qui par.*

[* additis, reiteratione facta, candentibus forcipibus, *C. El.* 4. *P. IV.* *]

Ib. post verb. R. 242.

[de infanticidii pœna in Sax. Elect. in primis sancit Mand. wider die Abtreib- Umbring- und Wegsetzung derer Leibesfrüchte, und zur Welt gebohrnen Kinder, *d. d.* 14. *Oct.* 1744.] [* hodie pœna infanticidii in Sax. Elect. non amplius est culeus, sed rota, ex Rescr. regio, ad dicasteria dato, *d.* 12. *Jun.* 1761. *]

Ib. Not. 2. post lin. & verb. ult.

[conf. in Sax. Elect. *Edict. declarat. Mandat. de Duell. d.* 1. *Jul.* 1737. §. 6.]

[* Necessitas sectionis ex Carpzovii sententia obtinebat in omnibus Collegiis, tam Lipsiensibus, quam Vitebergensibus, donec legislator Saxoniæ Rescripto ad dicasteria d. 17. Mars. 1766. dato, approbata quodammodo Nostri Auctoris sententia juberet, ut, morte post vulnerationem confestim secuta, nec alia dubitatione exoriente, sectio non absolute necessaria esset, cf. ill. *Homelii Rhapf.* 98. §. 3. *seq.* Ceterum ubi opus est sectione, non præcise medicus & chirurgus conjunctim eam suscipere debent, sed unus sufficit, inprimis chirurgus. At non sufficit, utrumque sectionem, demum factam, juramento confirmare, sed opus est, ut ante eam suscipiendam jurent, nisi jam olim, officii sui causa, hoc jusjurandum præstiterint, *v. Ord. Crim. art.* 149. Ita sæpe jud. F. I. L. *]

Ib. Not. 3. post lin. & verb. ult.

[* jure El. Sax. qui infantem animo, ut perat, in loco recondito vel diffito ponit, fustigatione,

fuſtigatione, qui vero, ubi vulgo iter fit, collocat, carcere vel relegatione punitur, quando utroque caſu infans vivus ſervatur, *Dec. El.* 79. *& alleg. Mand.* *]

Lib. III. Tit. XI. theſ. XII. Not. 4. poſt lin. & verb. ult.

[conf. *Mand. de Duell. d. a.* 1712. §. 40.]

Ib. Not. 16. poſt lin. & verb. ult.

[* quod non mutatum videtur per alleg. Mandatum *d.* 14. *Oct.* 1744. niſi mater infanticida graviditatem occultaverit; quamvis judicibus interdicatur, ejusmodi delinquentes, ſub ſpe mitigandæ pœnæ ad ſpontaneam confeſſionem perſuadere; etenim hoc in omnibus criminibus, ſolo furto excepto, *Mand. d.* 6. *Dec.* 1741. prohibitum, & tamen ſpontanea confeſſio ac pœnitentia in omni fere delicti genere, niſi de quo leges ſpeciatim contrarium volunt, (cf. de furto ſupra *L. III. t.* 9. § 7. *not.* 2.) ad mitigationem pœnæ prodeſt, inprimis, ſi ipſe reus rem ad judicium defert, ex ſententia F. I. L, uti jud. in cauſa adulterii M. Apr. 1769. conſ. præſ. Rochlizenſi, cf. *dec. El.* 91. *]

Ib. Not. 17. lin. ult.

poſt verb. *ut ſupra*

[* *L. III. t. V.* §. 36. *not. un.* *]

Ib. theſ. XIII. lin. 7.

poſt verb. *art.* 125. *p.* 4. *c.* 17.

[conf. *Mandat. de incendiis doloſis d. d.* 16. *Nov.* 1741. quod ſeveriſſime de eo crimine ſanxit.] [* eadem pœna ignis manet eos, qui vel alios ad incendium faciendum perſuaſerunt, vel ab aliis lucri cauſa mandatum ejus rei ſuſceperunt, & materiam igniferam poſuerunt; hoc vero non ſecuto, mandatarius gladio punitur, *dict. Mand.* §. 4. qui incendium doloſum ab aliis factum, comperti, judici haud denunciant, neque ad capiendos delinquentes proſunt, pœna corporis afflictiva, vel opere publico coercentur, *ib.* §. 5. *]

Ib. Not. 4. poſt lin. & verb. ult.

[conf. *all. Mand.* §. 2.]

Ib. Not. 5. poſt lin. & verb. ult.

[* Conſtitutio quidem criminalis Carolina æque ac Mand. regium *d. d.* 16. *Nov.* 1741. hanc pœnam ignis omnibus incendiariis, denen Brennern dictat. Attamen cum Conſtitutio El. Sax. 47. *P. IV.* diſerte loquatur von Mordbrennern, Jus Sax. commune vero Landr. *L. II. art.* 13. incendiariis ſimplicibus nonniſi gladium minetur, dictavit hunc F. I. C. ejusmodi reo, qui peccaverat in loco ubi allegatum. Mand. non publicatum erat, M. Majo 1769. at ſola intermiſſio recitationis dicti

Mandati

Mandati ex cathedra ecclesiastica, quamvis præscripta sit, pœnam non mitigat, ut jud. F. I. L. M. Nov. 1770. conf. jud. Thallwitz. *]

Lib. III. Tit. XI. thes. XIV. lin. 12.

post verb. *mentiendo.*

[* inprimis, quod incendio res suas perdiderint; quod ex dicasteriorum observantia punitur fustigatione, aut pœna huic simili, etiamsi mendicans modicum lucrum, v. g. quatuor grossorum, perceperit. conf. Carpzov. *pr. crim. qu.* 39. *n.* 72. *seq.* Eandem pœnam F. V. dictavit ap. Wernher. *Part. VIII. obs.* 281. cum mendicans per figmentum octo grossos sibi comparasset. *]

Ib. Not. 1. post lin. & verb. ult.

[perperam confundit A. diversa SCta, vid. meam *Histor. Jurispr. Rom. III*, 1, 3, 4. *seqq.*]

Ib. Not. 11. post lin. & verb. ult.

[Ceterum contra pravos depravatosve numos, monetasque in Sax. El. diligenter est cautum *Mandato monetario d. d.* 9. *Jul.* 1732. cujus deinde uberior interpretatio prodiit *Mand. d. d.* 3. *Mart.* 1733.]

Ib. thes. XV. Not. 3. post lin. & verb. ult.

[Juris etiam Romani caput non pertinet ad Legatos publicos, sed ad Legatos provinciales, qui quasi magistratus erant; neque etiam ad lautia, quæ dabantur Legatis peregrinis.]

Ib. thes. XVI. lin. 4.

post verb. *de extraord. crim.*

[* cf. supra *L. III. t. X.* §. 3. *]

Ib. thes. XVIII. lin. 4.

post verb. *arbitraria,*

[gravior tamen plerumque, quam fuerit:]

Ib. thes. XIX. lin. 2.

post verb. *concredita est.*

[* quo etiam pertinent die Eisen-Licent-Einnehmer, ex Rescr. ad præfectos Schwarzenbergenses dato, *d.* 30. *Dec.* 1713. *]

Ib. lin. 8.

post verb. *vel excedat, p.* 4. *c.* 41.

[* Sed opus tamen est, ut, se constitutionem circa crimen residui d. 26. Sept. 1705. promulgatam, de qua mox dicetur, custoditurum, juramento confirmaverit. cf. recentius de hoc crimine Mand. *d.* 17. *Dec.* 1767. quo, præter alia, etiam iis, qui

alium

alium in hoc crimine opitulantur, pro modo lucri ex eo capti, pœna dictatur. Ceterum, ex dictis legibus, non solum, qui pecuniam publicam, sed etiam, qui privatam intervertit, istis pœnis tenetur, modo dicto sacramento se obstrinxerit.*] [cf. de pœna eorum, qui mala fide tractant collectas, eorum causa institutas, qui incendio ad inopiam redacti sunt, *Mandat. renov. de cura pauperum domesticorum d.* 28. *Dec.* 1733. §. 22.]

Lib. III. Tit. XI. thes. XIX. Not. 7. lin. 4.

post verb. *restituere velint.*

[* cf. dict. const. de a. 1767. secundum quam reo restitutio, nec remissio prodest. *]

Ib. Not. 8. post lin. ult.

[Ceterum vero, sive fustigatione, sive supplicio suspendii punitus sit, tamen restitutio, si fieri posset, ex bonis ejus facienda est v. *Const. laud. d. a.* 1705. item *Const. contra fures & raptores d. a.* 1719.

[* *Nota* 9. Ab administratoribus universitatum, v g. in civitatibus & pagis, singula membra rationum redditionem petere posse, ut jud. F. I. L. M. Febr. 1768. cons. I. G. R. eosque criminis residui reos facere. *]

Ib. thes. XX. Not. 2. post lin. & verb. ult.

[Neque enim præbendæ apud Protestantes proprie rerum spiritualium numero habentur, *Instr. Pac. Westph. Art. V.* §. 17.]

Ib. thes. XXI. lin. 5.

post verb. *de furt.*

[* Huic delicto affine est 1) seductio militum ad deserendos cohortes, & auxilium in ipsa desertione præstitum. Prior punitur fustigatione, posterius condemnatione ad opus publicum, magistratus vero in hac re negligens quadringentis thaleris, *Mand. d.* 3. *Dec.* 1728. *d.* 17. *Octobr.* 1736. *d.* 30. *Oct.* 1738. *&* 26. *Nov* 1763. præterea, in quodcunque hospitium miles extra stationem veniat, ejus possessor ab ipso debet productionem litterarum commeatus, den Paß, postulare, sub pœna unius thaleri, *Mand. d.* 3. *Dec.* 1728. aut potius LX. grossis, *Mand. d.* 26. *Nov.* 1763. conf. *Mand. d.* 1. *Febr.* 1747. Attamen ob hoc seducendorum militum crimine, quasi generali distingue 2) aliud specialius ac majus, si scilicet miles in alienam militiam aut vi, aut alio quocunque modo perducitur, das fremde Werben, cujus criminis, item consilii & auxilii in litteris perferendis ac exploratione faciendæ, der Kundschafter und Briefträger, est capitalis, in conatu fustigatio cum condemnatione ad opus publ. cum dict. *Mand. d.* 30. *Oct.* 1738. cf. Rescr. ad d. cast. *d.* 29. *Maji & 16. Jun.* 1721. it. *d.* 4. *Mart.* 1727. & *d.* 7. *Jan.* 1730. 3) persuasio civium vel incolarum ad emigrandum e patria. Qui pluribus aut integris familiis

perſuadet, capite plectitur, qui uni, etiam ad opus publicum condemnatur, per Mand. El. *d.* 21. *Aug.* 1764. Eo etiam pertinet Mandatum Imperatorium *d.* 7. *Jul.* 1768. quo eadem ſeductio, ſub comminatione pœnæ corporalis vel capitalis, ipſaque ex Imperii Germanici finibus emigratio cohibetur. *]

Lib. III. Tit. XI. theſ. XXI. Not. 2. poſt verb. ult.

[In plagium incidit crimen eorum, qui pro extraneo principe militum conquiſitionem faciunt, aut deſertionem militum juvant. de quorum pœna ſunt in Sax. El. *Patent. d.* 17. *Octobr a.* 1736. *Mand. renov. de conquiſitione militium ab extraneis facta, deſertionibusque d.* 30. *Octobr.* 1738. cf. *Mand. d.* 11. *Nov.* 1741. & *Mand. d.* 23. *Mart. a.* 1737.]

Ib. poſt Not. 3.

[* XXII.

Ad delicta publica, ob commerciorum utilitatem, & in genere ob bonum publicum referas

XIII. Crimen doloſorum decoctorum, quo quis dolo creditores ſuos fraudat, non idoneus ſolvendo. Pœna eſt, infamia facti, amiſſio beneficiorum juris, debitoribus alias competentium, privatio honeſtæ ſepulturæ, geſtatio pilei flavi, ergaſtulum, condemnatio ad opus publicum, & fuſtigatio; interdum etiam pœna capitalis, v. Reſol. Grav. *de a.* 1661. *tit.* v. Juſt. Sach. §. 78. Banqu. Mand. *d.* 7. *Jan.* 1724. & 20. *Dec.* 1766. §. 10. 12.

XIV. Immenſus luxus, quem prohibent leges ſumtuariæ, inprimis in Sax. Ordinationes politiæ de a. 1612. & 1661. Huc pertinet, ſi quis modum excedit a) in veſtimentis, quod præterea coercetur ordinatione veſtiaria *d.* 25. *Febr.* 1750. b) in amicis hoſpitio excipiendis, c) in ſumtibus ſponſaliorum, nuptiarum, baptismatum ac funerum, tum qui ipſi ea celebrant, tum, qui illis adhibentur, d) in amicis eſu potuque excipiendis ac compotationibus, e) commorando potus cauſa in hoſpitiis, usque ad horas nocturnas, & tempore quidem æſtivo ultra horam X. hiberno autem ultra nonam; ſec. Mand mox ad XV. allegandum, §. 9. & Reſcr. ad dicaſteria datum *d.* 3. *Sept.* 1750. e) in lugendis mortuis, de quo extant peculiaria Mandata *d.* 29. *Jul.* 1739. & *d.* 7. *Mart.* 1750. f) in perdenda per ludum, non prohibitum, pecunia. cf. *ſupra L. III. t.* 10. §. 7. *not.* 4. *ſeq.* quorum omnium delictorum pœna eſt vel arbitraria, vel ſua cuilibet propria, dictis legibus ſtatuta.

XV. Violatio ſanctitatis externæ ſabbathi, ac reliquorum dierum feſtorum, quæ fit a) omittendo cultum divinum publicum, b) peragendo his diebus operas quotidianas, quæ ſi fiunt jumentis, pœna eſt unius, ſi ſunt manuariæ, dimidii thaleri, ſec. *ord. polit. de a.* 1661. *tit.* 2. §. 3. c) vehiculis trahendis, peregrinationibus

nibus faciendis, & equitando, inprimis eo tempore, que publico cultus divinus agitur; d) mercatura facienda, præcipue rerum ad usum potumque accommodatarum, s. in hospitiis, s. aliis locis, quod coercetur ex allegata Ord. Pol. *l. c.* quinque thalerorum mulcta, aut octidui carcere, e) ludendo in cauponis chartulis lusoriis; f) potando ibidem ac ludendo ludum, alias permissum, ultra justum tempus, quod est, post festum paschatos, ab hora V. ad X. post festum Michaelis, ab hora IV. ad X. constituta in reos pœna arbitraria, ad pios usus convertenda, vid. Mand. wegen Beobachtung der Sabbaths-Feyer, *d.* 2 *Aug.* 1749.

XVI. Quando sponsus & sponsa copulam sacerdotalem extra parochiam aut territorium impetrant; cujus criminis pœna est arbitraria, & quidem secundum Rescripta *d.* 17. *Maji* 1715. & 11. *Mart.* 1740. ad Consistorium Lipsi. data, vel condemnatio ad operas, in commodum ecclesiarum & scholarum faciendas, vel mulcta ad usus pios; vel denique carcer, qui alio ejusmodi Rescriptio *d.* 1. *Nov.* 1730. constitutus est XIV. dierum. At severius aliquando punitus & centum thaleris mulctatos esse, memini a Sc. L. conf. prætore Lipsi. Pari modo, cum anno 1766. quidam prædii in terra Schwarzburgico-Sondershusana possessor, in hoc ipso quidem fundo, at arcessito extra territorium sacerdote, ac durante cum sponsa alia lite matrimoniali, copulari se curaverat, injuncta ipsi est pœna C. thalerorum, quæ tamen restricta, concurrentibus mitigationis causis, ad quinquaginta, a F. I. L.

XVII. Violatio statuarum mercurialium, prope vias regias positarum, cujus pœna iterum arbitraria est; ita, ut usque ad condemnationem, ad opus publicum perveniri possit, v. Mand. von Setzung der Poststäulen *d.* 24 *Jul.* 1722. & 7. *Sept.* 1724.

XVIII. Quando quis viatores, vel nullis, aut non satis idoneis litteris commeatus, Pässen instructos, vel, nominibus eorum ad magistratum non perlatis, noctu recipit; punitur autem, si ipsi rem cauponariam exercere permissum, X. thaleris aut XXVIII. dierum carcere, alias vero pœna duplicatur; Mand. wider die Diebe und Räuber, *d. d.* 14. *Dec.* 1753. *]

Lib. III. Tit. XII. thes. XII. lin. 6.

post verb. *de Syndicatu*,

[quamquam alii actionem de syndicatu adpellant, cum judex, qui dolo malo injustam sententiam tulit, ab eo, cui injuria facta est, ad indemnitatem convenitur.]

Ib. Not. 4. post lin. & verb. ult.

[* *t. XXII.* §. 1. *]

Ib. thes. V. Not. 6. post lin. & verb. ult.

[* conf. supra *h. L. t. VI.* §. 8. *not.* 7. & 10. *]

Lib. III. Tit. XIII. thes. I. Not. 4. post lin. & verb. ult.

[conf. contra Bynckershœkianam sententiam Jensii *Strikkur. in Jur. Rom. Pand. ad h. l. Dig.* qui fere cum A. consentit.]

Ib. thes. II. lin. 2.

post verb. *supra*

[* *h. L. t. VIII.* §. 14 *]

Ib. lin. 4.

post verb. *similiter dixi*

[* *h. L. t. III.* §. 4. *]

Ib. lin. 5.

post verb. *itidem dixi*

[* *h. L. t. II.* §. 8. *]

Ib. lin. 8.

post verb. *infra lib.* 4.

[* *t. XXXII.* *]

Ib. lin. 10.

post verb. *actum*

[* *h. L. t. IX.* §. 6. *not.* 7. *]

Ib. Not. 2. post lin. & verb. ult.

[* *t. XXVIII.* §. 10. *]

Lib. III. Tit. XIV. thes. I. Not. 3. lin. 20.

post verb. *in quant. her. convent.*

[* 4. per culpam vel dolum defuncti aliquid a patrimonio actoris abfit; unde ladentis heredibus, fostrum medici solvere injunctum a F. I. L. m. Dec. 1763. conf. præf. Leucopetr. *]

Ib. thes. II. Not. 9. lin. 8.

post verb. *quanti venire queunt*, *d. l.* 2. §. 4.

[res autem amissæ, sive ejectæ, æstimantur, quanti comparatæ sunt, *d. l.* 2. quod tamen discrimen æstimationis hodie non ubique observatur. v. Voët. *Comm. ad Dig. h. t. n.* 9. Nam jure Wisbyensi res amissæ æstimantur, quanti eo in loco, quo avehendæ erant, venire potuissent v. Huber. *Prælect. h. t.* §. 6. Alii autem eas æstimandas putant, quanti emtæ, si, nondum confecto dimidio itineris spatio, jactæ; quanti vendi potuissent, si, itinere majore ex parte confecto, perierint. Vinn. *not. ad Peck. h. t. n.* 222. idque etiam discrimen in contributione ejus, qui res amisit, observandum esse, monet Stryck *Us. Modern. h. t.* §. 7.]

Lib. III.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn816544042/phys_0168
DFG

Lib. III. Tit. XIV. thes. II. post Not. 16.

[* *Nota* 16b. etiam in institoria actione legem præpositionis observandam esse, quam si institor transgressus est, præponens non tenetur, *l.* 5. §. 11. & 14. *l.* 11. §. 5. *de inst. act.* ut resp. F. I. L. m. Dec. 1767. cons. K. Z. Schwerin unde, qui cum institore contrahit, prius de lege præpositionis quærat, *l.* 1. *pr. eod.* conf. Leipz. Handelsger. Ordn. t. VII. *]

Ib. Not. 19. post lin. & verb. ult.

[Ob dolum malum famuli, vel filiifam. aliorumque his similium, res, nomine dominorum vel parentum acceptas, alio vertentium hæc actio deficit *l.* 3. §. 6. *D. h. t.* idque nominatim denuo de mercibus, e taberna mercatorum petitis constitutum est in Sax. El. *Mandat. d.* 21. *Dec.* 1708. O. P. S. R. Bepl. N. XVII.]

Ib. thes. III. Not. 3. lin. 7.

post verb. *tenetur*,

[* ut jud. sc. L. M. Jun. 1762. cons. præf. Jenensi *]

Ib. Not. 7. lin. 2.

post verb. Landr. 40.

[& quidem cum effectu: ita, ut dominus animal non recipiat *d. art.*]

Ib. post lin. & verb. ult.

[cf. Carpz. *Pr. Cr. Q.* 131. *n.* 18. Schilter. *Exerc. ad Pand. XIX*, 3. 6.]

Ib. Not. 8. lin. 3.

post verb. *de qua supra*

[* *L. II. t. II.* §. 26. *cum not.* 7. *]

Ib. post verb. ult.

[*O. C. art.* 136. *]

Ib. Not. 9. post lin. & verb. ult.

[* 3) si opus factum est, non dolo vel culpa, sed agri colendi causa, *l.* 1. §. 3. *seq. D. aqu. pluv. arc.* sic. jud. F. I. L. M. Dec. 1763. cons. præf. z. Kelbra. cons. III. Hommel. *Rhapf. obs.* 231. *]

Ib. thes. IV. Not. 2. post lin. & verb. ult.

[* *tit. XXXIII.* *]

Lib. III. Tit. XV. thes. I. lin. 7.

post verb. *rt supra*

[* *L. II. t.* 2. §. 25. *not.* 5. *]

Ib. Not. 2. lin. 2.

post verb. 20 *annos.*

[* sic jud. F. I. L. M. Majo 1769 cons. senatu Nurnberg. *]

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn816544042/phys_0169
DFG

Lib. III. Tit. XV. thes. I. Not. 3. post lin. & verb. ult.

[denique in Sax. El. crimen duelli. *Mand. Reg. de duell. d. a.* 1712. §. 43. *Cod. Aug. T.* 1. *p.* 1747. & crimen doloſi incendii, *Mand. Reg. de ſupplicio incendiar. d.* 16. *Nov.* 1741. §. 2.]

Ib. thes. II. Not. 7. poſt lin. & verb. ult.

[* dies creditoris gratia, inprimis tum adjectus cenſetur, ſi pecunia ſub uſuris collocata, *l.* 122. *pr. de V. O.* ita reſp. F. I. L. M. Majo 1764. conſ. M. B. Lipſiæ. *]

[Ceterum, ſi quis in litteris obligationis promiſit ſolutionem proxime, (ehеſtens, oder doch ſo bald möglich) tum elapſo anno, a die dati chirographi: ſed ſi, per partes, ſive data occaſione (nach und nach, oder nach guter Gelegenheit) in proceſſu executivo, intra ſpatium, ex æquo & bono, ſecundum creditoris debitorisque conditionem, ex officio a Judice definiendum, facere ſolutionem, jubet *O. P. S. R. Append.* §. 6. *p.* 303.]

Ib. Not. 8. lin. 7.

poſt verb. *d. l.* 5. §. 2. *l.* 1. *C. de ſolut.*

[* quod tamen aliter ſe habet in concurſu creditorum, ubi, ſi quid ex maſſa creditori ſolvitur, re dubia, intelligitur in ſortem ſolutum, cujus rei ratio ea dari ſolet, quoniam in concurſu uſuræ, nonniſi poſt omnes ſolutas ſortes debeantur; Carpzov. *P. II. c.* 29. *def.* 17. *no.* 9. quod quanquam jure Sax. nonniſi ad chirographarios pertineat, tamen ſolet etiam ad hypothecarios extendi; ac ita judicari ſolet a F. I. L. quod inprimis factum M. Jul. 1769. conſ. præſ. z. Plauen. *]

Ib. lin. 10.

poſt verb. *pœnam*,

[* obſtrictionem ad carceres *]

Ib. Not. 9. lin. 2.

poſt verb. Mortification-Schein.

[cujus formula traditur a Stryckio *Cautel. Contr. Sect. IV. c.* 3. §. 10.]

Ib. poſt Not. 11.

[* *Nota* 12. Si creditor a debitore ſortem accepit absque proteſtatione, tunc remiſſas quidem videri uſuras ex mora, a termino ſolutioni deſtinato reſiduas, non autem ex ſtipulatione debitas, *l.* 49. §. 1. *D. de act. emti.* ſic judicare memini F. I. L. anno 1770.

Nota 13 Dationem in ſolutum factam videri, quando debitor creditori nomen, quod alias ipſi debet, ita aſſignat, ut ſimul a creditore ſuo quittantiam accipiat; alias enim pro nuda aſſignatione per modum mandati, habetur; ne relicta quidem facultate, contrarium probandi; niſi datio in ſolutum fiat per *ſcontro*, ubi

demonſtra-

demonstrationem facere licet per productionem librorum, der Scontro-Bücher, priore casu debitor assignans liberatur, posteriore minus; *Mand. d.* 23. *Dec.* 1699. (2. *Jan.* 1700.) *]

Lib. III. Tit. XV. thes. IV. Not. 5. post lin. & verb. ult.

[* 7) in causa cambii indossati, *Mand. d.* 23. *Decembr.* 1769. (2. *Jan.* 1700.)*]

Ib. Not. 9. post lin. & verb. ult.

[* de retentionis jure, locatori adversus conductorem competente v. infra *L. IV. t.* 31. §. 2. *sub classe* 3. *]

Ib. thes. V. lin. 6.

post verb. *plerumque judicii.*

[* Depositio facta apud dominum jurisdictionis, non coram ipso judice pro neutiquam legitima habita est a F. I. L. conf. T. z. Friedmannsdorf, m. Nov. 1762. item coram con-commissario, penes quem haut erat directorium Actorum, a 1770. *]

Ib. Not. 6. post lin. & verb. ult.

[qua admonitione facta, secundum *laud. Decis.* & *Mand. Reg. d.* 19. *Febr.* 1721. *Cod. Aug. T. I p.* 1203. proceditur.]

Ib. thes. VI. Not. 4. post lin. & verb. ult.

[* Inprimis non videtur novatio esse, si in posteriori instrumento causa prior debendi repetatur, v. g. si quis nova obligatione promittat, se pecuniam ex emto debitam, certo tempore soluturum, non fit mutuum, sed manet pretium rei venditæ; sic jud. F. I. L. m. Febr. 1764. conf. prætore Dresdensi. *]

Ib. thes. VIII. lin. 4.

post verb. *de qua actum;*

[* *L. III. t.* 5. §. 18. *]

Ib. Not. 2. lin. 10.

post verb. *non curatur. l.* 4. *de integr. restit.*

[immo etiam propter modicam læsionem: modo ea rebus majoribus non præjudicetur, *laud. l.* 4. quod quando fiat, traditur in *L.* 21. *D. de exception.*]

Ib. Not. 5. post lin. & verb. ult.

[Hodie in Sax. El. restitutio in integrum ex eadem causa, in singulis fatalibus, non plus semel, conceditur: tutor vero, vel curator, qui id elabi passus est, ad sumtus litis, quibus causam dedit, de suo restituendos, compellitur: prætereaque arbitrarie punitur: vel jusjurandum adigitur, se fatale non temere neglexisse, *O. P. S. R. Tit. IX.* §. 4. Ceterum vero restitutio in integr. tanquam remedium ordinarium, usurpari vetatur: quique ea usus, repellitur, & arbitraria pœna adficitur *O. P. S. R. Tit. XXXVII.* §. *un, p.* 199. extraodinaria vero restitutio minorum,

piarum

piarum cauſarum, aliorumque, uti & jure civili, & *O. P. S. R. Tit. IX.* §. 4. de ea cautum eſt, relinquitur illa quidem: ſed tamen contra ſententiam, cum commiſſione amittendi beneficii reſtitutionis in integrum, latam, non amplius admittitur, *laud.* §. *un. p.* 199. ſalva tamen petitione adverſus tutores, curatores, adminiſtratores, actores, advocatos, per quos detrimentum paſſi ſunt, *O. P. S. R. Tit. XX.* §. 4 *p.* 158.]

Lib. III. Tit. VX. theſ. IX. Not. 3. lin. 13.

poſt verb. *& trium dierum.*

[* nunc XIV. dierum, *O. P. R. ad t.* 39. §. 1. 2. 4. 5. *]

Ib. theſ. X. Not. 3. poſt lin. & verb. ult.

[Communis eſt & vulgaris hæc opinio DD. qua defenditur diſcrimen doli incidentis & cauſam dantis contractui, ab A. explicatum, præſidio juris & legum civilium penitus nuda ac deſtituta. Namque ex jure civili, ut ſupra aliquo loco tradidimus, ita eſt inſtitutum, ut, quoniam dolus quam maxime contrarius eſt bonæ fidei, ſive cauſam dederit contractui bonæ fidei, ſive inciderit, contractum reddat nullum; utque, quoniam omnes exceptiones ipſo jure inſunt bonæ fidei judiciis, poſſit ipſo ex contractu agi, ad emendandum dolum malum. In contractibus autem ſtricti juris, propter quemcunque dolum, ſi nullum aliud remedium ſupereſt, agi poteſt de dolo malo, demonſtravit id Noodtius *de formula emend. doli mali c. III. & VII.* conf. Schulting. *ad πρωτ. Dig. h. t.* §. 4. *ſqq. p. m.* 434 *ſeqq.*]

Ib. Not. 4. poſt lin. & verb. ult.

[* *L. III. t.* 5. §. 18. *not.* 2. *]

Ib. theſ. XII. Not. 2. lin. 1.

poſt verb. *ſupra lib.* 2.

[* *L. II. t.* 2. §. 34. *not.* 16. *]

Ib. Not. 3. poſt lin. & verb. ult.

[* & F. I. L. M. Mart. 1768. conſ. Regimine Sondershuſ. cum qui procuratorem reliquit, pro abſente non habeatur. *]

Ib. theſ. XIII. lin. 2.

poſt verb. *cauſa facta.*

[Proprie hæc cauſa non eſt reſtitutio in integrum, quia neque alienatio, mutandi judicii cauſa facta, reſcinditur, neque amiſſa actio reſtituitur: tantum ei, in quem judicii mutandi cauſa res alienata eſt a poſſeſſore, ſi agere velit, denegatur actio, contra, qui ea alienatione læſus eſt, retinet directam rei vindicationem adverſus novum poſſeſſorem, ſicuti adverſus veterem habuiſſet ante alienationem. Proponitur tamen hoc edicto adverſus alienantem nova in factum actio, ad id, quod intereſt,

talem

talem alienationem judicii mutandi causa factam non esse, nisi pristina judicii causa, arbitratu judicis, restituatur: in quo inest simulacrum aliquod restitutionis: etsi magis nova actio constituitur, quam vetus restituitur. cf. Noodt. *Comm. ad Dig. h. t.*]

Lib. III. Tit. XV. thes. XIII. Not. 2. lin. 4.

post verb. *l.* 8. §. 1. π. *eod.*

[cf. Cujac. *Obs. X*, 3.]

Ib. Not. 5. post lin. & verb. ult.

[Ceterum an jure novo necessaria hæc actio utilisve sit, disquirunt Noodt. *Comm. Dig. h. t.* §. *ult. p.* 136. Voorda *Interpret. cap. XXXIII.*]

Ib. thes. XIV. Not. 2. lin. 7.

post verb. *locus datur.*

[* quod hodie in Sax. El. observari non solet, cf. *O. P. R. app.* §. 2. *jun. ad t. XX.* §. 1. *]

Ib. Not. 3. post lin. & verb. ult.

[* cf. *O. P. R. ad t. l.* §. 10. 11. 12. 13. *]

Ib. Not. 4. lin. 3.

post verb. *contra abstentionem.*

[si sit majorennis: minoribus quidem idem etiam competit: sed his tamen triennium non currit nisi demum 29. ætatis anno, ut adeo a die majorennitatis integro septennio utantur ad repetendam hereditatem. Modo tamen bona nondum sint distracta: nam in hac causa major excluditur: minor autem admittitur, *d. L. ult. C. de repud. hered.* cf. Brunneman. *Comm. Cod. ad h. l.*]

Ib. thes. XV. Not. 3. lin. 3.

post verb. *de minor.*

[* cf. *l.* 4. *de in int. rest.* *]

Ib. Not. 5. post lin. & verb. ult.

[conf. tamen *O. P. S. R. Tit. IX.* §. 4.] [* nec hodie in causa divisa restitutio majoribus adversus negligentiam tutorum aut curatorum concedi solet. *]

Ib. Not. 7. lin. 9.

post verb. *vid.* 1. *R.* 261.

[vid. tamen *Dec. Noviss. XIV. a.* 1746.]

Ib. Not. 8. lin. 19.

post verb. 3) *accedente jurejurando*,

[sive confirmatorio, sive renunciativo]

Lib. III. Tit. XV. thes. XV. Not. 8. lin. 25.

post verb. *a minore jurato contracti.*

[Sed minoris cambio, jurisjurandi clausula munito, nullam vim esse, atque tam creditorem, quam debitorem, arbitraria animadversione adficiendum, præcipit *Mandat. Reg. d. d.* 29. *Dec.* 1718.]

Ib. lin. 30.

post verb. *a tempore læsionis,*

[* sive potius scientiæ, ut judicare solet F. I. L. *]

Ib. thes. XVII. Not. 3. lin. 39.

post verb. gebührend anzusuchen unbenommen.

[* 5) hanc commutationem, jurisdictionis patrimonialis possessoribus permissam, tantum locum habere in pœna relegationis aut fustigationis, non in capitali, *Resol. Grav. de a.* 1661. *d. l.* *]

Lib. IV. Tit. I. thes. III. lin. 3.

post verb. *suscipitur, c.* 4. *X. de jud.*

[conf. Jur. Sax. El. Const. von beyden Consist. Tit. VII.]

Ib. thes. IV. Not. 3. lin. 4.

post verb. der neuen Landes-Erled.

[* hæc summarii processus species, de qua d. §. 8. agitur; nempe quando capita libelli ex documentis quidem doceri, & tamen non executive agi potest, hodie plane sublata est, *O. P. R. app.* § 1. *]

Lib. IV. Tit. II. thes. I. lin. 19.

post verb. Helmuth Jungmann, *M. Febr.* 1711.

[* ac F. I. L. aliquoties, cf. Hommel. Rhapsod. obs. 188. *]

Ib. Not. 7. lin. 3.

post verb. *Ord. Proc. tit.* 2. §. *ult.*

[*& O. P. S. R. Tit. II.* §. 3.]

Ib. lin. 9.

post verb *ut infra*

[* *h. L. t. VI. not.* 9. *]

Ib. post Not. 8.

[* *Nota* 9. Dicasteria, si ex missis ad ea Actis, observent, judices, officio suo non satis feciſſe, sed adversus leges peccasse, debere eis in sententia ferenda pœnas dictare, sponte nemineque monente; ipse vero judices quotannis catalogum ejusmodi pœnarum injunctarum, ad principem deferre jubentur, *Mand. d.* 8. *Aug.* 1735. *]

Lib. IV.

Lib. IV. Tit. III. thes. I. Not. 2. lin. 3.

post verb. *proconsf. d l* 36 §. 1. *de adopt.*

[de testamentis, judici, extra territorium suum, precibus testatoris, venienti, oblatis, in Sax. El. quid sit observandum, definitum, vid. *Decis. Noviss. VIII. d. a.* 1746.]

Ib. lin. 10.

post verb. *Lauterb. pag.* 49.

[* judex competens in tutoris datione censetur etiam judex rei sitæ; ita ut pupillo absenti, quo ad immobilia suæ jurisdictioni subjecta, tutorem specialem dare possit; ut judicatum memini a F. I. L. *]

Ib. lin. 17.

post verb. *Consil æstiv.* 1710.

[Ceterum tamen ex *O. P. S. R. Tit. II.* § 3. hodie etiam domino jurisdictionis licet, bona allodialia sua, in suo territorio sita, oppignorare in suo judicio.]

Ib. Not. 9. post lin. & verb. ult.

[* at, jurisdictione patrimoniali gaudentes, eam præfectis mandare non possunt, *Rescr. d.* 10. *Jan.* 1696. Codic. To. II. p. 1167. *]

Ib. post Not. 15.

[* *Nota* 15b. Jure Sax. El. commissarios Principis debere sub initium commissionis judicem ordinarium de ea re certiorem facere, missa rescripti, quod commissoriale vocant, copia, *Mand. d.* 22. *Apr.* 1729. a quo tamen excipi solent commissiones ab ipso Sanctiori Consilio Electorali datæ.

Nota 15c. Interdum commissarios non ad certam aliquam singularem causam, sed ad plures ejusdem generis, successu temporis forte eventuras, dari, qui *commissarii perpetui* appellantur. Ejusmodi præsertim in Saxonia sunt 1) senatus oppidanus & Inspector Accisæ, in causis personalibus ministrorum inferiorum Accisæ Generalis, vid. Accisordn. d. 31 Aug. 1707. tit. allgemeine Regeln, §. 52 Rescr. d. 12. Mart. 1705 & Instruct. d. General-Accis Inspect. d. 29. Maji 1706. §. 7. Directorium Actorum est penes senatum, Inspectori vero non solum permissum, in termino præfixo, judicio interesse; sed etiam citationes ipsi ad subscriptionem offerendæ sunt, quam tamen, si bis admonitus, deneget, senatus solus subscribit, ut jud. F. I. L. m. Jan. 1770. cons. senatu Ileburgensi, cf infra *h. L. t.* 4. §. 3. At Lipsiæ omnes Geleits Waag-Accis-Oberpostamts- und Fleischsteuer-Bediente præfecto subjecti sunt, ex Rescr. *d.* 27. *Octobr.* 1684. 2) Lipsiæ senatus & præfectus in causis cambialibus, contra schriftsassios, tempore nundinarum eo venientes, vid. *Mand. d.* 6. *Sept.* 1718. 3) iidem, si quis schriftsassius tempore nundinarum

bonis labitur, iisque cedere cogitur, v. *Banqu. Mand. d.* 20. *Dec.* 1766. §. 4. 4) ex militia, superioris ordinis, absque contumelia dimissi, honeste dimittirte oder reducirte Oberofficiers, cum familia sua, quamvis Schriftsessii sint, tamen majoris commoditatis causa, coram præfectis, ac magistratibus, vi perpetuæ commissionis, conveniri queunt, *Mand. d.* 22. *Dec.* 1718. a qua re tamen exemti sunt ii, qui, dum iterum ad militiam vocentur, expectant, die auf Wartegeld gesetzten; quippe qui foro militari subjecti manent, *Mandat d.* 7. *Maji* 1756. *]

Lib. IV. Tit. III. thes. I. Not. 16. lin. 7.

post verb. *l.* 4. *C. de jurisd. omn. jud.*

[conf. Noodt. *de Jurisd. & imper. II*, 13. Schulting. *ad πρωτ. Dig. h. t. p.* 179. *sq.*]

Ib. thes. II. post Not. 2.

[* *Nota* 2b. Ad jurisdictionem superiorem referri crimen dolosorum decoctorum, cum citatione edictali, in Mandato contra eos *d.* 20. *Dec.* 1766. laso, §. 9. præscripta; at litteræ patentes, Steckbriefe, de quibus ibidem §. 6. dicitur, ad inferiorem pertinent; sic jud. F. I. L. m. Jun 1769. conf. præfecto Franckenbergensi. *]

Ib. Not. 5. post lin. & verb. ult.

[conf. de magistratibus, malos homines non investigantibus, nec pro modo criminum punientibus *Generale d. d.* 17. *Febr.* 1736. §. Nachdem Uns.]

Ib. thes. III. lin. 7.

post verb. *per compromissum*,

[Sunt rursus α) *fori Germanici*, qui potestate jurisdictionis, secundum conpromissi formam, judicii ambages rescindentem, judicant, *R. I. d. a.* 1594. §. 65. *O. P. S. Tit.* 1. §. Besonders. *Tit. XXIX. pr.* conf. Schilter. *Exerc. ad Pand. XII*, 2. 4. qui cum sint veri judices, instituta lite apud eos, inducitur litis pendentia, & appellatio, judicati actio, reconventioque locum habet. β) *juris civilis*, qui ex compromisso, quo litigantes arbitrorum sententiæ se subjecerunt, *L.* 11. §. 4. *h. t.* sententiam dicunt, & secundum id facultate judicandi utuntur, *a. L.* 32. §. 15. *h. t.*]

Ib. Not. 7. post lin. & verb. ult.

[quod ex jure civili negat probari Vinn. *Sel. Quæst. I*, 16.]

Ib. thes. IV. Not. 3. post lin. & verb. ult.

[Quod si autem adversus debitorem omnes executionis actus, executionem, immissionem, taxationem, necesse fuerit adhiberi, is jure Sax. El. pendit quasi contumacie pœnam, das Hülfsgeld, *Mand. El. d.* 1. *Aug. a.* 1643.]

Lib. IV.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn816544042/phys_0176
DFG

Lib. IV. Tit. IV. thes. I. lin. 22.

post verb. *nisi decem annis transactis subsistat.*

[conductor etiam in loco conductæ rei non censetur constituisse domicilium, v. *Ord. Pol. El. d. a.* 1653. *t.* 23. *c.* 3. §. 5.] [* cf. Gesinde-Ordn. *d.* 16. *Nov.* 1769. *t. VII.* §. 8. *ad* 2. *]

Ib. lin. 23.

post verb. *l.* 65. *de jud.*

[* uxor forum habet, ubi maritus, non ubi ipsa degit, adeoque illic conveniri potest, ut resp. F. I. L. M. Octobr. 1764. cons. H. Dresdæ; atque adeo cum mariti, qui in terris Brandenburgicis versabatur, judex ecclesiasticus matrimonium cum uxore, in Saxonia degente, antea initum, dissolvisset: quamvis ex causis in Saxonia non receptis, tamen illam jure pro vidua habendam ead. F. jud. M. Mart. 1771. cons. jud. z. Ob. Schöna. *]

Ib. thes. II. lin. 13.

post verb. *sive ad tempus, arg. l.* 38. *de jud.*

[* in foro rei sitæ etiam actiones negatorias, quippe reales, institui posse, jud. F. I. L. Mens. Nov. 1768. cons. Cancellaria Gerana. *]

Ib. lin. 29.

post verb. *finitumque fuit:*

[* quod tamen ita solummodo intelligendum, ut petitor petitorium in foro possessorii instituere, nec reus exceptionem fori objicere possit; sed, si ille nolit, ad hoc judicium eligendum non cogitur; sic jud. F. I. L. M. Jun. 1769. cons. præs. Pirnensi, item Lipsiensi. *]

Ib. lin. 30.

post verb. *eodem judicio terminantur.*

[de foro continentiæ causarum vid. Diss. nostram *de causis conjunctis, earumque foro competente, Lips. a.* 1754. habit.]

Ib. post Not. 3.

[* *Nota* 3b. Ad forum delicti pertinere etiam injurias Advocatorum, quibus in Actis vel judicem, vel partem lacessunt. Illo casu citatur ad forum processus, *Dec. El.* 89. nec judex domicilii requisitus, insinuationem denegare potest. Posteriore autem, ut in eum coram foro delicti agi possit, opus videtur, ut citatio ipsum in eodem foro deprehendat; alias judici domicilii denunciatio fscienda, v *dict. Dec. El.* 89. verbis generalioribus utentem. Sic. jud. Sc. L. M. Sept. 1760. cons. senatu Olsnicensi. cf. *progr. nostr. coroll. juris Crim. coroll.* 1. *anno* 1770. At F. I. L. contrariam nuper sententiam recepit; nempe advocatos, etiam si adversarium

injuriis afficiant, sive scriptis fiat, s. positionibus ore prolatis, posse a judice processus ad respondendum vel recognoscendum citari, requisito judice domicilii. cf. Hommel. *Rhapf. obf.* 223.

Nota 3c Forum delicti ac deprehensionis etiam locum habere in delictis militum communibus, h. e. cum delicta, non propria militibus, sed alia, committunt; & quidem, quando peccant, postquam milites facti, nonnisi in tantum, ut judex civilis delinquentem militem apprehendat, & summarie interroget; quo facto ad judicium militare transmittendus est, ex Mandato *d.* 28. *Sept.* 1737. cf. Ordonnanz d. 30. Jun. 1752. c. 10. §. III. ast, quando delinquerunt ante militiam, tota causa in foro civili peragenda est, sive jam cœpta sit, s. minus; *Rescr. d.* 22. *Dec.* 1728 *]

Lib. IV. Tit. IV. thes. II. Not. 6. lin. 4.

post verb. Uebelthäter ꝛc.

[* cf. *cit. nostr. coroll. jur. crim. coroll.* 2. *]

Ib. Not. 15. lin. ult.

post verb. *ut supra*

[* *proxima nota* 14. *]

Ib. thes. III. lin. 4.

post verb. *E. D. F. p.* 1. *pag.* 19. *seqq.*

[* Eo etiam pertinet, quod actio familiæ herciscundæ, item rescissoria testamenti in foro defuncti institui debeat, ut jud. F. I. L. M. Sept. 1768. conf. præf. §. Börbig. *]

Ib. post lin. 29. &

post verb. *E. D. F. part.* 1. *pag.* 21. *seq.*

[* 10) in rebus ad accisam pertinentibus, jure El. Sax. Etenim Inspectioni Accisæ in tantum concessa est jurisdictio, ut inquirat α) in ministros accisæ, circa officium peccantes; β) in alios, cujuscunque sint fori, qui fraudem Accisæ faciunt, constitutum censum haud dando; γ) qui jurisjurandi, in commodum Accisæ præstiti, fidem negligunt; δ) qui visitatores aliosve accisæ ministros injuriis verbalibus aut realibus lædunt; ε) si qui magistratus vel homines privati, jussi quicquam in commodum accisæ facere, hoc studio negligentiave omittunt, quo tamen casu magistratus, aut ex senatu oppidano unus, vel duo senatores in judicii communionem vocandi sunt; η) si quis in rebus ad accisam pertinentibus testimonium dicere recuset; ζ) aut sigillum accisæ, mercibus appensum, tollat: in quibus omnibus causis Inspectioni Accisæ immediata citatio & executio competit; ut patet ex Instructione; ei data *d.* 29. *Maji* 1706. §. 5. cf. Decretum *d.* 31. *Mart.* 1703. cf. supra *L. IV. t.* 3. §. 1. *not.* 15b. Quod autem de advocando magistratu in judicii communionem diximus, id postea sic dilatatum, ut in omnibus causis, accisam concernentibus, si adversus

subditum

subditum magistratus ordinarium cognoscendum sit, hic ipse, in oppidis vero unum, aut duo membra senatus adhiberi oporteat, General-Accis Ordn. *d.* 31. *Aug.* 1707. tit. Allgemeine Regeln §. 53. c) *personæ & causæ simul*, quo referenda inprimis sunt judicia mercatoria, v. g. Lipsiæ, ubi cognoscitur contra mercatores, super rebus ad mercaturam pertinentibus, vid. Leipz Handelsger. Ordn. §. 2. *]

Lib. IV. Tit. IV. thes. III. Not. 4. post lin. & verb. ult.

[Ceterum in Sax. El. hodie clericus, qui vel se munere suo abdicavit, vel remotus est, sæculari domicilii sui foro subjectus est, *Decis. Nov. XXXV. de a.* 1746.]

Ib. Not. 6. lin. 12.

post verb. so Wartegelder bekommen.

[* cf. tamen supra *h. L. tit. III.* §. 1 *not.* 15c. *] [In Sax. El. novissime *per Ordinat. militar. a.* 1752. forum militare diligentissime constitutum est, tam in civilibus, quam criminalibus: *cap. X.* §. 110. *seqq.* quibus, inprimis de criminibus militum cognoscendis, interpretationem accepit *Generale d.* 28. *Decembr.* 1737.]

Ib. post lin. & verb. ult.

[v. *Generale d.* 27. *Apr.* 1718. Neue Ordonanz. §. 113.]

Ib. Not. 7. lin. 3.

post verb. Oberförstere,

[* nemo ministrorum forestalium, der Forstbediente electoralium a præfectis, sine præscitu principis; nisi in causa criminali, citari potest, *Rescr. d.* 20. *Jul.* 1712. *C. A. T. II. p.* 605. *]

Ib. Not. 10. lin 4.

post verb. *respondit*, *anno* 1696.

[* tutoris heredes in foro, ubi defunctus tutelam gessit, conveniri posse, jud. F. I. L. m. Dec. 1768. cons. præs. Bornensi. *]

Ib. Not. 12. post lin. & verb. ult.

[Ceterum quæ causæ apud nos Cameralibus accenseantur definit geschärftes Mandat wider die Processualische Weitläuftigkeit in Cammersachen d. a. 1736. de causis Steurarum, sive Contributionem provincialium, conf *Mand. Reg d.* 13. *Jan.* 1735. Denique de foro eorum, qui cursum publicum curant, constituit Postordn. §. 2. *d. a.* 1703. cf. *Rescr. d.* 25. *Nov.* 1714. *Rescr. d.* 16. *Jan.* 1716. *Rescr. d.* 22. *Jun.* 1718. *& d.* 31. *Aug.* 1741. Ceterum de causis judicioque provocationum vid. neue Appellationsgerichtsordn. *d.* 24. *Apr.* 1734.]

Ib. Not. 13. post lin. & verb. ult.

[conf. de causis venationum saltuumque, eorumque qui illis præsunt, tractandis & judicandis *Rescript. Reg. d.* 20. *Jul.* 1720. & *Generale d.* 5. *Nov.* 1743.]

Lib. IV.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn816544042/phys_0179
DFG

Lib. IV. Tit. V. thes. I. lin. 5.

post verb. *de V. O.*

[Divisionem hanc, ejusque originem ac vim, illustrat Bœhmer. *Jur. Eccl. Protest. I*, 32, 5. *seqq. T. I. p.* 799. *seqq.*]

Ib. Not. 3. lin. 3.

post verb. *quæ def. advocat.*

[quos effectus sub examen revocat Stryk. *Diss. de clauſ. lib. ſalut. c.* 2, *&* 3.]

Ib. post lin. & verb. ult.

[*O. P. S. R. Tit. V.* §. 1. jubet, judicem officium suum interponere, etiamsi in libello clausula salutaris adjecta non sit. Ceterum quando hæc clausula hodieque prodesse possit, tradit Bœhmer. *Jur. Eccl. Prot. p.* 795. *seqq. T. I.*]

Lib. IV. Tit. VI. thes. I. Not. 1. post lin. & verb. ult.

[* de hodierna scabinorum præsentium necessitate, vid. mox *not.* 6. & inferius *h. L. t.* 33. §. 3. *]

Ib. Not. 3. lin. 20.

post verb. *in subjecto*,

[* *h. L. t. IX.* §. 3. *]

Ib. lin. 22.

post verb. *Comm. Proc. pag.* 183.

[conf. *Ord. Supr. Cur. Prov.*]

Ib. post Not. 5.

[* *Nota* 5b. Si actuarius morbo vel ex alia causa impediatur, licet ei notarium rogare, qui ejus loco, adhibitis testibus (plerumque judice pagano & scabinis) actus judiciales expediat; attamen opus est, ut ad singulos nominatim sit requisitus, uti jud. F. I. L. M. Jan. 1771. Neque necesse est, ut, quemadmodum actuarius, sic & notarius, præsentibus subditis juramento obstringatur, ex *Rescr. ad dicast. d.* 20. *Sept.* 1730. In testamentis tamen judicialibus cum actuarii præsentia de necessitate sit, *Dec. El.* 45. non sufficit notarius, quamvis ad hunc actum a judice specialiter requisitus, vel insimul actuarii officium, alio in judicio gerat; verum opus est, ut non minus in eo, coram quo nunc testamentum conditur, peculiari juramento obstringatur; sic resp. F. I. L. M. Mart. 1771. conf. B. z. Lengefeld. *]

Ib. Not. 6. post lin. 4.

[* Rescr. *d.* 12. *Apr.* 1718. *ibid. Add. no. VI.* *]

Ib. post lin. 7.

[In causis criminalibus præter actuarium debent in judicio adesse non pauciores personæ,

sonæ, quam tres, nempe judex, aut qui ejus loco esse possit, & duo assessores sive scabini. Sic jud. F. I. L. M. Jan. 1764. cons. jud. z. Leibniz, & alias sæpissime, confirmatumque hoc nova lege, circa modum procedendi in causis criminalibus latam, *d.* 27. *Octobr.* 1770. simulque cautum, ut ab his tribus personis registraturæ actuarii subscribatur. *]

Lib. IV. Tit. VI. Not. 7. post lin. ult.

[Actuarii in præfecturis a Præfectis præsentandi Fisci collegio (dem Cammer-Collegio:) sed hi, qui præsentantur, non debent esse propinqui eorum, qui illos præsentant, vid. *Rescript. Reg. d.* 30. *Dec.* 1740. Ceterum, an & quomodo constituendi adhibendique sint Actuarii vicarii, Registratoresve, exposuit *Generale d.* 15. *Mart.* 1747. qui non necessario debent esse ad praxin legitimati, modo sint examinati, & jurejurando obstricti, neque adhibeantur gravioribus jurisdictionis voluntariæ aut contentiosæ actibus, aut inquisitionibus criminalibus.]

Ib. Not. 9. post lin. 20.

[* *Mand. d.* 11. *Dec.* 1709. *ibid. Add. num. V.* *]

Ib. Not. 10. lin. 6.

post verb. *nulla esse;*

[* cons. supra *h. L. t. &* §. *not.* 5b. *]

Lib. IV. Tit. VII. Not. 2. post lin. & verb. ult.

[Jure Sax. El. novissimo, pater nomine liberorum, in patria potestate constitutorum, in die judicii sistere, procuratorem constituere, omniaque negotia, etiam in quibus speciale mandatum desideratur, suscipere, & agere, potest, nisi forte liberis, nomine maternorum, aut alia de causa, curator specialis confirmatus sit, qui nomine illorum, quorum curam gerit, causas, officio suo creditas, in judicio pertractat, *O. P. S. R. Tit. IX.* §. 1.]

Lib. IV. Tit. VIII. thes. I. lin. 6.

post verb. *vel certi,*

[cons. *Mandat. Reg. d.* 9. *Octobr.* 1734. & alterum *d* 23. *Mart.* 1737. de certo Advocatorum idoneorum numero constituendo.]

Ib. Not. 1. lin. 5.

post verb. *ad l. Aquil.*

[* at, excusso advocato, cliens in integrum restituendus; ut jud. Sc. L. ap. Barth. *Hodeg. for.* §. 28. *not. i.*) ac resp. F. I. Vit. ap. Wernher. *Part. II. obs.* 391. quamvis non desint exempla, idem confestim brevique manu fieri, *v. Rescr. d.* 21. *Jul.* 1711. *ap. eund. ibid.* inprimis cum advocatum non solvendo esse constat, ut resp. F. I. Vit. *ibid.* cf. infra *h. L. t.* 9. §. 4. *not.* 2. *]

Lib. IV. Tit. VIII. thes. I. Not. 1. lin. 20.

post verb *septendecim annorum;*

[jur Sax. El. 21. annorum, v. Mandat. de Advoc. d. 12. Apr. 1723. Beyl. O. P. S. R. N. VIII.]

Ib. post lin. & verb. ult.

[* Advocati, in officio & contra leges, inprimis adversus O. P. peccantes, a dicasteriis in sententia, super lite ferenda, mulctandi sunt, quamvis nemine monente, unde in Sax. El. omnes judices jussi, sub finem singulorum annorum, nomina eorum, qui puniti sunt, ad principem deferre, Mand. *d.* 8. *Aug.* 1735. *]

Ib. thes. II. lin. 5.

post verb *frequentativum*

[cf. Bynkershœk *Obs. IV.* 11. *p.* 387.]

Lib. IV. Tit. IX. thes. I. Not. 3. post lin. & verb. ult.

[* nisi conjunctæ inter se personæ de quibus vid. mox *h. L. & t.* §. 2. *cum not.* 7. *ac* 10. *]

Ib. thes. II. Not. 15. lin. 3.

post verb. *mandato inserta,*

[* nisi munitum sit clausula generali, de qua mox supra. *]

Ib. thes. IV. Not. 1. post lin. & verb. ult.

[conf C. G Winckleri V. C. Diss. *de discrimine litis contestationis veteris & hodiernæ, c. II.*]

Ib. Not. 3. post lin. & verb. ult.

[* cf O. P. S. *t. VII.* §. 7. & quoad judicium mercat. Lips. Mand. *d.* 31. *Mart.* 1718 *]

Ib. thes. V. lin. 5.

post verb. *fieri debet.*

[in Sax El. v. *O. P. S. R. Tit. XVII.* §. 1. *p.* 102.]

Lib. IV. Tit. X. thes. II. Not. 4. post lin. & verb. ult.

[In Sax. tamen electoral Syndicos generales constituere prohibitum, exceptis Capitulis, Academiis, Magistratibus &c. *Mand. d. d.* 30. *Nov.* 1753]

Lib. IV. Tit. XIII. thes. I. Not: post lin. & verb. ult.

[in quibus etiam censentur causæ, ad commercium pertinentes v. *Mandat. Reg. d.* 11. *Jul.* 1735. causæ, legibus vestiariis subjectæ, v. Kleiderordn. d. 21. Febr. 1750. & causæ fiscales, sive camerales, v. Mandat. wider die processualische Weitläuftigkeit in Cammersachen, d. 7. Jun. 1737. Denique *Mandat. Reg. d.* 28. 1753.

ratio

ratio visque minutarum causarum uberius est dilucidiusque explicata, ac definita. Nam *primo* præter eas, quæ jam *l. c. & O. P. S. R.* recensitæ sunt, causas minutas, eodem numero haberi jubentur omnia ea jura servitutes, pœstationes annuæ, & onera realia ea, quæ non sint incertæ omnino æstimationis, sed æquabilem æstimationem recipiant, æstimationemque adeo *duorum* thal. annuorum non excedant; *secundo* constituitur, ut, si debitum, conventione, vel reconventione petitum, exclusis usuris, (extra quam, si usuræ alterum tantum excedunt; nam tunc causa ordinaria habenda est) 50. florenos Misn. superet illud quidem, sed tamen debitor conventus, eo nomine, omnino, nulla exceptione proposita, tantum fateatur, ut reliquum non egrediatur summam 50. flor. Misn. causa minuta censeatur. *tertio*, si aliquot nomina, ex diversis causis debendi profecta, quorum singulorum sors 50. flor. Misn. atque omnium, junctim sumtorum, 100. flor. non excedat; & *quarto*, si lis sit super fundo, qui ex novissima venditione, vel aliter demonstrata vera æstimatione, pretium 50. florenorum non egrediatur, ut, eæ omnes causarum minutarum numero, & jure, censeantur. Denique forma judiciorum in causis minutis adcuratius definitur, & sportularum impensarumque modus, etiam pœnis, sancitur.]

Lib. IV. Tit. XIV. thes. I. Not. 2. lin. ult.

post verb. *ut infra*

[* *h. L. t. XVI.* §. 2. *not.* 14. *]

Ib. Not. 5. lin. 7.

post verb. *aut hypothecis*,

[* quando in Sax. El. prædiorum nobilium possessores, ut ea ab hypothecis antiquis liberent, creditores per citationem publicam provocant, hanc, non opus est, in tribus territoriis, sed sufficit, in tribus locis des engern und weitern Ausschusses, affigi, *Mand. d.* 11. *Mart.* 1755. *]

Ib. thes. II. lin. 4.

post verb. *ut lite pend.*

[causam tamen tam in criminalibus, quam civilibus ex justa ratione omittere licet. fac. *c.* 16. *X. de sent. & re jud.* & jure Sax El. in causis injuriarum non opus est adjicere citationi exemplum denunciationis; sufficit, universe significari, citationem fieri injuriarum accusatarum nomine, *Rescr. Reg. d.* 19. *Febr.* 1720. *O. P. S. R.* Beyl. N. III.]

Ib. thes. III. Not. 2. post lin. & verb. ult.

[adde *Mandat. Reg. d.* 7. *Jul.* 1730. ubi præfectis injungitur, ut enumerationem omnium ad ipsos datorum Mandatorum, Rescriptorum intra certum tempus ad collegium fisci transmittant, referantque, quomodo illis parueri nt.]

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn816544042/phys_0183
DFG

Lib. IV. Tit. XIV. thes. IV. Nota': post lin. & verb. ult.

[Hodie, cum uterque per contumaciam ad diem judicii non venerit, litigatores, eorumve Advocati, nisi id in tempore Judici significaverint, aut de controversia transegerint, singuli 5. thal. multandi sunt, aut mulcta, in prima, ad amicam transactionem, citatione, expressa, puniendi *O. P. S. R. Tit. IV.* §. 6. j. *Tit. I.* §. 4. Quod si vero citationes, publicandæ sententiæ causa, factæ sint, utroque non veniente; nihilominus hora merid. 12. sententia in contumaciam utriusque publicanda, & super ea re registratura Acta facienda. *laud. T. IV.* § 6.]

Lib. IV. Tit. XV. thes. II. lin. 3.

post verb. *jus*

[quod tamen non est omittendum, quoties est jus dubium vel singulare, ut privilegium, jus statutarium, consuetudinarium *c. 1. de const. in 6.*]

Ib. lin. 4.

post verb. *juri conveniens.*

[* cum jure Sax. judex sententiam super eo, quod ab actore peti debebat, non, quod petitum est, proferre debeat; quamvis non adjecta clausula salutari, *O. P. S. R. ad t. V.* §. 1. 2. inde recte colligitur, nunc omnem omnino petitit iorum abesse posse: adeo, ut hæc porro non inter necessarias, sed voluntarias libelli partes referenda videatur. Idem dicendum de exordio, quatenus nomina judicis ac litigantium complectitur, quoniam nunc imploratio libelli vicem sustinet, *d. Ord l. c.* §. 1.*]

Lib. IV. Tit. XVI. thes. I. Not. 3. post lin. & verb. ult.

[* unde in causa olim, coram senatu Langosalisensi agitata, cum actor rei, litem non contestantis, contumaciam tertio demum mense accusavisset, Princeps, novum terminum præfigendum esse, collegio F. I. L. *d.* 15. *Sept.* 1730. rescripsit, simul spe facta, hanc rem generaliter decisum iri. *]

Ib. Not. 4. post lin. & verb. ult.

[v. *O. P. S. R. ad Tit. XI.* §. 1. *in f.*]

Ib. thes. II. Not. 8. lin. ult.

post verb. *ut infra*

[* *h. L. t. XXIII.* §. 1. *not.* 2. *]

Ib. Not. 14. lin. 3.

post verb *Justizien-Sachen.* §. 17.

[* cf. supra *h. L. t. XIV.* §. 1. *not.* 2. *]

Lib. IV. Tit. XVIII. thes. III. Not. 2. post lin. & verb. ult.

[An vero totum collegium tanquam suspectum recusari possit, non convenit inter

Interpretes

Interpretes juris. Adfirmant Menoch. *de arbitrar. jud. quæſt. Lib. II. caſ.* 458. P. Gregorius Tholoſ. *Syntagm. XLIX*, 3. *n.* 24. Negant Zanger. *de exception. cap.* 4. *Part. II. n.* 16. 17. Gail. *Obſ. I.* 33. *n.* 2. Grœneweg. *de Legib. abrog. ad L.* 16. *C. de judic.* Sed optime rem definit ac decernit Schulting. *Diſſ. de recuſ. jud. cap. VI.* §. 17. *p. m.* 69.]

Lib. IV. Tit. XVIII. theſ. III. Not. 5. lin. ult.

poſt verb. *prouti ſupra*

[* *h. L. t. XIV.* §. 3. *not.* 2. *]

Ib. poſt verb. ult.

[*Mandat. Elect. d.* 11. *Jan.* 1666. §. 9. *C. Aug. T. I. p.* 1355.]

Ib. Not. 18. poſt lin. & verb. ult.

[Quod ſi de his exceptionibus, & litis conteſtatione in omnem eventum facta, judicatum fuerit, is, qui, ex judicato, aliquid præſtare debet, judicato ſatisfacere tenetur ante proximum terminum, vel ſaltem in eodem, ſub multa 5. aut, pro re nata, plurium thalerorum. Contra vero, fatalia probationis, ex judicato faciendæ, & jurisjurandi, non ſunt differenda, aut ſuſtinenda, eam ob cauſam, quaſi nondum ſatisfactum ſit exceptionibus dilatoriis; ſed procedunt nihilominus ex eo tempore, ex quo ſententia vim rei judicatæ adepta eſt. Ceterum tamen, ſi judicatum eſt, ut legitimatio ad cauſam fiat, recte omne de re principali judicium differtur, donec exceptio diſſoluta, & diluta fuerit. *O. P. S. R Tit. XI.* §. 2.]

Lib. IV. Tit. XIX. theſ. II. poſt lin. 13.

[* At ceſſat in cauſis minutis, ex Reſcr. ad prætorium Lipſ. *d.* 15. *Dec.* 1725. ac ad jud. z. Zedlitz d. 11. Apr. 1755. item ex ſententia F. I. L. minus vero ex opinione Sc. L. *]

Ib. Not. 3. lin. 2.

poſt verb. 50. *florenorum*

[* hodie a dicaſteriis tum Lipſ. tum Viteb. plerumque XXX. thalerorum eſſe ſolet *]

Lib. IV. Tit. XXII. theſ. I. poſt lin. 28. &

poſt verb. *concipitur, & fertur,*

[Ad quod propius accedit minus ſolennis in cauſis levioribus a judice facta definitio, die Weiſung, quæ hodie, inprimis in cauſis injuriarum, frequentatur.] [* Urthel, Decret, Beſcheid, Abſchied, Weiſung, ſingula hæc verba ſententiam ſignificant; ſed cuicunque tale ex his nomen inditur, quale in quocunque judicio receptum. Sic in ſuprema curia provinciali Lipſienſi ſententiæ latæ mox vocantur Sentenzen vel Urthel, mox Abſchiede, vid. infra *not.* 5. *h* §. In eodem judicio ſententia lata in cauſis injuriarum dicitur eine Weiſung. In Conſiſtorio Lipſienſi omnes

sententiæ dicuntur Abschiede, nisi post interpositam leuterationem latæ, quibus nomen der Urthel. In inferioribus inprimis judiciis moris est, sententias ab ipso judice latas Bescheide appellare, petitas vero a dicasteriis Urthel. *]

Lib. IV. Tit. XXII. thes. I. Not. 4. post lin. & verb. ult.

[quæ tamen verba potius pertinent eo, ut significent, rescripta Principum, aliudve simile, usu fori receptum esse, vid. Brencman, *Heuremat. Modest. cap. VII. p.* 133. *sqq*]

Ib. Not. 5. post lin. & verb. ult.

[* Curiæ provinciales in solennibus illis judiciis, quorum quatuor quotannis habentur, solent aliquot Assessores delegare zur Güte, reliqui sedent zu Recht. Cujus rei causam, quamvis non dubitemus, fuisse ab initio solum consilium componendæ per transactionem litis, tamen successu temporis nova inde divisio processus vel potius causarum in Curiis provincialibus pertractandorum nata est, quam tironum causa per transennam apponere placet. 1) In cujuscunque processus ordinarii primo termino partes comparent in judicio zur Güte, ubi rarius de componenda lite agunt, semper, actor libellum repetit, reus exceptiones litis ingressum impedientes & dilatorias opponit, quæ si aliquam vim habere videntur, sententia fertur a delegatis, die Sache wird zur Güte verabschiedet, plerumque contra actorem. Quodsi vero exceptiones prolatæ nullius momenti sint, vel non liquidæ, dimittuntur partes ad agendum coram ipsa Curia, die Sache wird zu Recht verwiesen, ibique post consuetas positiones partium, sententia fertur zu Recht, & porro ipsa causa usque ad finem ibi peragitur, 2) solo termino juratorio excepto, qui quando in quacunque processus parte præfigitur, admonentur prius juraturi præsente altera parte de vitando perjurio zur Güte; mox redit causa zu Recht. Præter has processus ordinarii particulas in judicio delegato zur Güte ventilantur 3) omnes causæ summariæ, inprimis vero executivæ, & 4) minutæ, 5) possessoria summariissima, 6) quando a judicis inferioris facto, vel sententia ab eo ipso confecta, neque a dicasterio aliquo petita, appellatur, denique 7) præprimis in processu inhibitivo. Hæ omnes causæ tam diu in judicio delegato permanent, ibique tractantur, donec vel in hoc posteriori inhibitio sit justificanda, vel in reliquis leuteratio, non inadmissibilis prosequenda; quo facto causa permanet coram ipsa Curia, zu Recht, nunquam ad judicium delegatum reditura. Ceterum in judicio zur Güte solent omnia ore proponi, zu Recht vero in scriptis exhiberi. *]

Ib. Not. 6. lin. 3.

post verb. *& publicare non cogatur.*

[* hæc ita, si judex informationem extrajudicialem, sui ipsius erudiendi causa, rogavit;

rogavit; aſt quando, audita utraque parte, dirimendam cauſam dicaſterio commiſit, ſententiam, inde ſibi miſſam, publicare, neceſſe habet, *O. P R. ad t. II.* §. 3. *& ad tit. XXXIV.* §. 5. Ceterum, præter caſus, mox ex O. P. S. R. adducendos, etiam judex ipſe decernere prohibetur, cum in cauſa criminali majoris momenti, *O. C. art. fin.* tum, quando in provinciis, quæ beneficio de non-appellando carent, contra ſententiam appellatur, ſumma tamen non eſt appellabilis, *R. I. de a.* 1654. § 113. *]

Lib. IV. Tit. XXII. theſ. I. Not. 6. poſt lin. & verb. ult.

[* A quonam dicaſterio ſententia petatur, regulariter liberum eſt judici; ſolent tamen inprimis extra Sax. partes aliquot collegia excipere, & ne judex Acta eo mittat, proteſtari. At neutra pars numerum ternarium excedere debet, judicique nihilominus integrum eſt, ſententiam a dicaſterio excepto petere, quod etſi raro fiat; tamen, ſi faciat, ſententia non eſt nulla, uti jud. F. I. L. M. Jun. 1764. conſ. cancell. Osnabrugenſi. Neque interdictum dicaſterio, in una eademque cauſa, & in prima & ſecunda inſtantia ſententiam ferre, ut reſp. d. Fac. M. Aug. d. a. conſ. F. z. Oſteroda, quamvis jure Sax. per Ord. proc. rec. ad T. XXXIV. §. 2. prohibeantur judices, ſententiam leuterationis in illud dicaſterium mittere, quod priorem tulit. *]

Ib. theſ. III. Not. 3. poſt lin. & verb. ult.

[conf. *O. R. ad Tit. V.* §. 8 *inf.*]

Ib. Not. 6. lin. 4.

poſt verb. *non ſufficit*,

[* nec generale nec ſpeciale *]

Ib. poſt lin. 21. &

poſt verb. *ingeue profiteatur.*

[* Expenſæ tacite pro compenſatis habentur, ſi in ſententia præteritæ ſunt. Sed an idem ſtatuendum de Reſcriptis? ambigitur. b. F. A. Hommelius in libello vom Referiren der Acten Sect. 2. c. 7. §. 107. negat; at in F. I. L. contraria ſententia obtinet, itaque jud. M. Mart. 1764. conſ. jud z. Chriſtgrün. *]

Ib. poſt lin. & verb. ult.

[conf. de purgatorio, in cauſa injuriarum præſtito, *Deciſ. noviſſ. de anno* 1746. *XXXVIII.*]

Ib. Not. 7. poſt lin. & verb. ult.

[* Huic nunc alia ſucceſſit recentior d. d. 20. Febr. 1764. *]

Lib. IV.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn816544042/phys_0187
DFG

Lib. IV. Tit. XXII. thes. V. Not. 1. lin. 2.

post verb *de re jud.*

[Jure Sax. El. si in decreto sententiave error in verbis, nominibus, numeris, foliis & similibus, commissus reperiatur, excluſa adpellandi eo nomine facultate, ista errata a judice, regiſtratura ad acta facienda, corrigenda, vel sententia ad collegium JCtorum, qui eam pronunciarunt, remittenda est, ubi, citra novum honorarium, corrigenda. *O. P. S. R. ad Tit. XXXV.* §. 2.]

Lib. IV. Tit. XXIII. thes. I. lin. 5.

post verb. *de lite conteſtata O. P. tit. 16.*

[conf. Car. Godofr. Winckleri V. C. *Dissert. de Discrimine Litis conteſtat. vet. & novæ, cap. II.*]

Ib. Not. 2. lin. 3.

post verb. *ex practica* §. 8. *N. L. E.*

[* h. e. Erledig. der Länd. Gebr. de a. 1661. tit. von Juſt. S. *]

Ib. post lin. & verb. ult.

[* *h. L. t. XVI.* §. 2. *not.* 8. *]

Ib. Not. 4. post lin. & verb. ult.

[* Unde receptum in F. I. L. generalem Lit. C. sufficere in possessorio summariissimo, uti jud. M. Mart. 1763. conf. jud. z. Gänsdorf, item in causis minutis; at contrariam sententiam tenet Scab. L. *]

Ib. Not. 6. lin. 2.

post verb. *de fidejuss.*

[* quod hodie tantum intelligitur de eo, quando actor juramenti delatione usus est, v. F. A. Hommel. vom Referiren der Acten, Sect. 2. c. 5. §. 91. *]

Ib. post Not. 7.

[* *Nota* 8. Ante litis conteſtationem, actorem debere libellum repetere, reumque provocare ad responsionem, quod tamen in processu summario non adeo necessarium, uti jud. F. I. L. M. April. 1765. conf. jud. z. O. Polenz. *]

Ib. thes. II. Notæ: lin. 12.

post verb. *cum communi DD. schola.*

[* monitoria vim habere præventionis ac litis pendentiæ, præcipit O. P. S. R. ad t. I. §. 7. in fine. *]

Lib. IV. Tit. XXIV. thes. I. lin. 1.

post verb. *actum.*

[* *h. L. IV. t. XVIII.* §. 3. *cum not.* 19. *sq.* *]

Lib. IV.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn816544042/phys_0188
DFG

Lib. IV. Tit. XXIV. thes. I. lin. 4.

post verb. *& inartificialem.*

[conf. Duaren. *Anniversf. Disp. I.* 27.]

Ib. Not. 2. post lin. & verb. ult.

[Ceterum, si verum amamus, hæ præsumtiones proprie non sunt, sed potius regulæ juris, quæ aliquid pro vero haberi jubent, neque contrarii probationem regulariter admittunt.]

Ib. thes. II. post lin. ult.

[* Catalogum testium vel idoneorum, vel non idoneorum, secundum seriem alphabeticam, multo studio congestum, vid. in Hommel. Rhapsod. obs. CCXI. *]

Ib. thes. III. lin. 15.

post verb. *E. D. F. pag.* 710. (623 *seq.*)

[* tutorem finita tutela admisit F. I. L. M Maji 1768. conf. senatu Waldenburg. *]

Ib. Not. 5. lin. 5.

post verb. *M. Jan.* 1715. *&* 1718.

[* quæ & nunc quotidie sic judicare solet, modo, qui testes adhibentur, nomina sua in instrumento syndicatus non professi sint. cf. Hommel. Rhapsod. dict. obs. 211. voc. universitatis membra *]

Ib. Not. 7. post lin. & verb. ult.

[* F. I. L. curatorem sexus, depositio officio, admittit, v. Hommel. *l. c. voc. Curator.* *]

Ib. Not. 8. post lin. & verb. ult.

[* & F. I. L. M. Mart. 1763. conf. Regimine Gerano. *]

Ib. Not. 10. lin. 2.

post verb. *prohibeantur.*

[* F. I. L. eos non admittere solet *]

Ib. Not. 14. post lin. & verb. ult.

[* domestici, salvis parti adversæ exceptionibus, admittuntur, nisi gravis suspicio contrarium suadeat, ex Rescr. Principis ad Supr. Cur. Provinc. Lips. d. 12. Nov. 1755. *]

Ib. Not. 15. lin. 3.

post verb. *de testib.*

[* sic jud. F. I. L. M. Jan. 1768. conf. Regimine Rostochensi, ap. Hommel. *Rhapsod. obs.* 56. *]

Universitäts Bibliothek Rostock http://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn816544042/phys_0189 DFG

Lib. IV. Tit. XXIV. thes. III. Not. 17. lin. 4.

post verb. *ut supra*

[* *h. L. & t.* §. 3. *]

Ib. thes. IV. Not. 3. post lin. & verb. ult.

[* F. I. L. nullum omnino testem in causa criminali, exceptis fortasse omnibus atrocissimis, adversus reum ad testimonium dicendum adigere solet, cum nemo regulariter ad denunciandum cogendus sit. *]

Ib. thes. VI. Not. 6. post lin. & verb. ult.

[* Senatui Lipsiensi a principe hoc privilegii datum, ut, qui non ab eo notarius creatus sit, id munus in ejus jurisdictione exercere nequeat. *]

Ib. Not. 7. lin. 16.

post verb *Eulenburg*, *M Jan.* 1709.

[* ac recentius resp. M. Febr. ac Mart. 1771. conf. F. & P. Dresdæ *]

Ib. post lin. & verb. ult.

[Ceterum dominis jurisdictionis, in actibus voluntariæ jurisdictionis, iisdemque in controversia non versantibus, neque proprie ipsos spectantibus, registraturas, præsentibus judicialibus personis juratis, scribere, vel iis subscribere, permissum *Dec. El.* 39. *O. P. S. R. ad Tit. II.* §. 5. *in f.*]

Ib. Not. 9. lin. 12.

post verb. *M. Majo*, 1709.

[alii tamen requisitionem ab ipso Notario fieri oportere putant: atque ita judicavit *S. C. P. L. Term. Cruc.* 1703. idque fieri, tutius est.]

Ib. thes. VII. Not. 6. post lin. ult.

[* De instrumentis lingua exotica conscriptis, v. infra *h. L. & t.* §. 14. *sub no. II* 6. *]

Ib. thes. VIII. post lin. 2.

[* de requisitis inspectionis ocularis v. supra *L. II. t* 6. §. 3. *not.* 9. *]

Ib. thes. XIII. Not. 4. post lin. & verb. ult.

[Omissio tamen hujus implorationis specialis non facit, ut probatio deserta habeatur. Rivin. *ibid. Enunc.* 82. *add. O. P. S. R. Tit. XX.* §. 7. Consultius tamen est, istam implorationem non omittere, atque adeo etiam judicare, sub qua pœna sive comminatione adversarius citandus sit.]

Ib. thes. XIV. lin. 5.

post verb. *Suendendörf. Proc. Fibig. pag.* 1412.

[Hodie tamen, producenti, modo in termino adfuerit, nulla solenni productione testium

testium præsentium, neque etiam absentium, opus est: Sed judex, vel rogatus a producente, vel ex officio, interrogare testes præsentes, &, qui non venerunt, citare iterum, debet. *O. P. S. R. Tit. XX.* § 7. *p.* 130. *]

Lib. IV. Tit. XXIV. thes. XV. Not. 3. lin. 11.

post verb. *dixi Supplem. E. D. F. p.* 2. *pag.* 493. *seqq.*

[* 4) a die, quo probaturus interpositæ leuterationi renunciavit, 5) vel ipsi, hoc adversarium feciſſe, notificatum est, 6) a tempore, quo sententia super leuterationis desertione lata, vires rei judicatæ nacta est, *O P. S. t. XX.* §. 1. *]

Ib. Not. 4. post lin. & verb. ult.

[de jure noviss. in Sax El. v. *O. P. S. R. Tit. XXI.* §. 1. *p.* 134 supra *ad* §. 15.]

Ib. Not. 10. lin. 3.

post verb. *quemadmodum dixi*,

[* *h.* §. *not.* 4. *&* 5. *]

Ib. post Not. 10.

[* *Nota* 11. Has disputationes in judicio mercatorio Lipsiensi non admitti, Leipz. Handels-Ger. Ordn. tit. XIX. *]

Ib. thes. XVI. post verb. ult.

[* *h. L. & t.* §. 9. *]

Lib. IV. Tit. XXV. thes. I. Not. 1. lin. 20.

post verb *secus contendant*,

[* v. g. Mevius *P. IV. dec.* 6 Bœhmer. *Exerc. ad Pand. Ex.* 46. §. 17. *]

Ib. Not. 3. lin. 5.

post verb. *confirmata est p.* 1. *c.* 13.

[* cf. *O. P. R. ad tit. XVIII.* §. 5. ubi hoc prolatum est etiam ad mansarios & reliquas ejusmodi personas, Hüffner, Anspänner, Gärtner, Häusler, Handfröhner. Ceterum, quando ex tribus quatuorve personis ad jurandum denominatis, aliqui jurant, reliqui juramentum detrectant, satis videtur juratum esse, sic jud. F. I. L. M. Majo 1771. *]

Ib. lin. 10.

post verb. drey oder viere,

[* cf. infra *h. L. & t.* §. 10. *not.* 3. *]

Ib. lin. 32.

post verb. *Term. Visitat. Mariæ*, 1710.

[* unde eos, qui nomine universitatis jurant, etiam ad juramentum de credulitate admisit F. I. L. M. Dec. 1770. conf. præf. Lauchstadiensi. *]

Lib. IV. Tit. XXV. thes. I. Not. 3. post lin. & verb. ult.

[* vid. *O. P. S. R. Tit. XVIII.* §. 5. & *infra ad* §. 10. *not.* 3.] [* Quid si vero denominati recusent jurare, quia non satis peritiæ de re litigiosa habeant? Hoc si juramento confirment, alios ex universitate denominari oportet, ita sæpissime jud. F. I. L. & inter cetera M. Mart. 1764. cons. præfecto Grünhaynensi & Mens. Dec. 1710. cons. præf. Lauchstadiensi. *]

Ib. thes. III. lin. 3.

post verb. *sive extraordinarium.*

[quamvis alii unam tantum esse speciem contendant v. A. Faber *Conjectur. XVI*, 13. 3. Wissenbach. *ad h. t. th* 44.]

Ib. thes. IV. Not. 16. post lin. & verb. ult.

[In Sax. Elect. *Rescript. Reg. d. a.* 1717. eos, qui jusjurandum purgatorium dederint, restitutione impensarum multari jussit. At in causis injuriarum *Decis. Novissim. XXXVIII. d. a.* 1746. sanxit, ut, qui injuriarum nomine delatus sit, si testimonia testium juratorum aliaque argumenta jurijurando purgatorio locum fecissent, ab restitutione impensarum non liberetur quidem, jurejurando præstito; sin vero, præter delatoris s. denunciantis juratam adfirmationem, nulla suspicione prematur, sumtus litis, jurejurando purgatorio dato, ab utraque parte, pro rata, quantum quidem eorum a singulis commissi sunt, dependantur. Quod quidem caput posterius jam in *Mandat. d.* 1. *Jul.* 1737. §. 2. *in fin.* ad declarandum Edictum de duellis, promulgato, constitutum erat.]

Ib. Not. 17. post lin. & verb. ult.

[* at non, loco ejus, exonerandæ per probationem conscientiæ, *O. P. S. R. ad t. XXVII.* §. *un.* *]

Ib. thes. V. Not. 14. post lin. & verb. ult.

[* Sunt etiam jure Sax. El. excepti aliquot casus, quibus in processu executivo, eo ceteroquin salvo, super aliqua libelli particula, uti, præter recognitionem, responsio peti, ita & juramentum deferri potest; sed non plures quam tres sequentes, 1) super rei legitimatione ad causam, 2) si instrumento, ex quo agitur, conditio inest, super hujus existentia, 3) quando ex contractu bilaterali agitur, nec exceptioni non adimpleti contractus renuncia um sit, super hoc ex parte actoris secuto implemento. vid. O. P. R. *app.* §. 4. & 7. Error igitur est advocatorum, qui in aliis, quibuscunque causis, simul recognitionem documenti & responsionem ad libellum petunt. Obiter hic nota, si reus actori, ex contractu bilaterali agenti, opponat exceptionem non adimpleti contractus, non satis esse, generaliter hoc fieri, uti jud. F. I. L. m Mart. 1764. cons. cancellaria Soudershusana, sed opus esse, ut specialius

dicat,

dicat, in quanam re non sit impletus; deinde etiam ejusmodi causam esse allegandam, quæ ab initio contractus jam adfuit, non autem, quæ post eum celebratum demum supervenit. *]

Lib. IV. Tit. XXV. thes. V. Not. 16. post lin. & verb. ult.

[Ceterum in Sax. El. de delatione jurisjurandi in causis matrimonialibus novissime cautum est *Decis. Noviss. XXXII. d. a.* 1746. ut super sponsalibus clandestinis, in quibus, aut consensus parentum, aut, his deficientibus, testes, defuere, inficiatori, quamvis concubitum fasso, jusjurandum deferri non possit: quodsi vero sponsalia publica facta esse dicantur, jurisjurandi delatio non habeatur illicita, siquidem causa alio modo plene probari non possit.]

Ib. thes. VI. lin. 4.

post verb. *ignorantiæ.*

[* hanc divisionem rejecerunt Sc. L. ac omnia juramenta judicialia esse vel de veritate, vel de credulitate, judicarunt, a. 1771. cons. judicio mercatorio Lips. *]

Ib. thes. VIII. Not. 1. post lin. & verb. ult.

[hodie in litis contestatione, saltem ultima positione, *O. P. S. R. Tit. XVIII. §. 1. p.* 110.]

Ib. Not. 3. post lin. & verb. ult.

[Hodie in Sax. Elect. relatione jurisjurandi facta super iis factis, super quibus fieri non potest, sententia fertur simpliciter de præstatione jurisjurandi delati, *O. P. S. R. Tit. XVIII. §. 1. pag.* 110.]

Ib. thes. IX. lin. 3.

post verb. *vel post eam;*

[hodie debet in litis contestatione, saltem in ultima positione, *O. P. S. R. Tit. XVIII. §. 1. pag.* 110.]

Ib. Not. 1. post lin. & verb. ult.

[hodie in Sax. El. revocatio jurisjurandi delati permissa est, donec sententia interlocutoria in rem judicatam transierit, sine discrimine, adeo, ut etiam jurisjurandi, quamvis ab adversario acceptati, revocatio locum habere videatur eundem ad finem usque; sumtus tamen is, qui revocat, restituere ei, cui delatum est, tenetur. *O. P. S. R. Tit. V. §. 9.*]

Ib. Not. 3. post lin. & verb. ult.

[Judex etiam tum intra octiduum, e quo sententia in rem judicatam transiit, diem jurandi præfigere debet, etiamsi eadem sententia, qua jusjurandum injungit, alias quoque præstationes complectatur, nisi excipias forte causam, ubi legitimatio ad causam præcepta est, *O. P. S. R. Tit. XX. §. 1.*]

Lib. IV. Tit. XXV. thes. IX. Not. 6. post lin. & verb. ult.

[Jusjurandum quoque desertum esse censetur, si juraturus non veniat, ante horum XII. aut tantum per procuratorem. *O. P. S. R. Tit. IV.* §. 5.]

Ib. Not. 7. post lin. & verb. ult.

[hodie pœna anticipationis cessat. *O. P. S. R. Tit. XVIII.* §. 7. *pag.* 113.]

Ib. thes. X. Not. 2. lin. 8.

post verb. *Mens. Febr.* 1692.

[* δ) si juraturus a loco judicii admodum remotus sit, neque causæ adsint, quæ contrarium suadeant, prævia tamen semper judicis sententia. *]

Ib. thes. XI. post lin. 2. &

post verb. *de jurejur. tit. O. P. tit.* 30.

[Jure Civili est illud quidem permissum, judici, ut in rebus dubiis, *d. L.* 31. *D. h. t.* & propter inopiam probationum, *L.* 3. *C. de reb. cred.* deferre possit; quando vero id faciendum sit, non definitur legibus civilibus: relictumque adeo est prudentis judicis arbitrio, *arg. l.* 3. *pr. & §.* 2. *D. de test. l.* 1. §. *ult. D. de jure delib.* Non tamen, jure civili, unus testis, aliis probandi adjumentis deficientibus, locum huic jurijurando facere videtur, *arg. l.* 9. *C. de test.* vid. Cujac *ad Novell. LXXIII. & ad feud. lib. IV. tit.* 36. cf. Noodt. *Prob. III.* 6. & *Comm. Dig. h. t. p.* 287. 288. *T. II. Opp.* Doctores tamen ita ceperunt jus civile, ut, uno tantum teste producto, quam semiplenam probationem vocant, hoc jusjurandum suppletorium deferri posse, statuerint: idque hodie fere ubique receptum est.

Ib. Not. 2. post lin. & verb. ult.

[qua cavetur, ut, si alter litigatorum de veritate, alter autem tantum de credulitate jurare possit, illi jusjurandum suppletorium ordinarie, nisi justa dubitationis causa sit, præ altero, aut etiam, pro re nata, purgatorium deferatur.]

Ib. Not. 4. post lin. & verb. ult.

[Judæo igitur tum jusjurandum suppletorium delatum est, cum plus quam semiplene probasset, a F. I. L. *M. Jun.* 1706.]

Lib. IV. Tit. XXVIII. thes. I. post Not. 15.

[* *Nota* 15b. Prosecutionem fieri, tam quoad formalia, quam quoad materialia; nec pro deserta habetur, quamvis in illis foliorum commemoratio omissa sit, sic jud. F. I. L. m. Dec. 1763. conf. Regim. Gerano. *]

Ib. Not. 17. post lin. & verb. ult.

[Neque tamen harum positionum ipsis potestas fit, nisi solutis sportulis: quas qui comparet, solidas solvere tenetur: salva ei, eas ab adversario repetendi, facultate,

Resol.

Resol. Grav. de anno 1661. tit. von Justizien-Sachen §. 25. O. P. S. R. Tit. XXXV. §. 5. fin.]

Lib. IV. Tit. XXVIII. thes. III. post Not. 8.

[* *Nota* 9. In Sax. Elect. quando a Superintendentibus, vel commissariis, a Consistorio datis, ad hoc provocetur, etiamsi nulla ulterior ad principem appellatio adjecta sit, tamen Consistorium apostolos ad Cancellariam mittere debere, ex Rescr. ad Consist. Lips. *d.* 25. *Nov.* 1748 *&* 29. *Aug.* 1749. *]

Ib. thes. V. Not. 3. post lin. & verb. ult.

[confer. Appell. Ord. tit. von Appellationen, wie die angenommen werden. §. Dieweil. Cod. Aug. T. I. p. 1237. inprimis quando ad Curias, vel a Curiis provocatur; item a Senatu Lipsiensi, vid *Rescr. Jo. Georg. I. ad Regimen Dresd. d.* 17. *Jan.* 1659. Ceterum de exemplo Lutheri, vid. Strauch. *Dissert. jur. publ. p.* 155.]

Ib. Not. 5. lin. 6.

post verb. *petat communicationem.*

[Quod si vero intra 4. hebdomadum spatium appellans nihil monuerit, (wenn er bey dem Bericht nicht einkömmt,) postea non amplius auditur: aut si necesse videatur, literarum, post illud temporis spatium oblaturum, rationem habere, ei mulcta 5 thaler. dicitur. *O. P. S. R. Tit. I.* §. 8. *p.* 14. In quibusdam autem causis relationum communicatio petentibus denegatur, *O. P. S. R. Tit. XXXV.* §. 7. *pag.* 189.]

Ib. Not. 6. post lin. & verb. ult.

[* nihilominus tamen appellatio hac formula neglecta pro deserta habita est a. F. I. L. m. Jan. 1763. conf. Reg. Gerano. In Sax. vero Elect. non opus est his formulis, neque petitionis intra XXX. dies iteratione; verum satis, si appellans in schedula apostolos nude petierit, ex *Rescr. d.* 21. *Febr.* 1735, ad dicasteria dato. *]

Ib. Not. 7. lin. 5.

post verb. *judex a quo.*

[* in Sax. El. super omni appellatione vel desertione vel inadmissibilitate judex ad quem, non a quo, cognoscit, *O. P. S. R. ad t.* 35. §. 8. cf. mox infra *not.* 7. *]

Ib. Not. 10. lin. 1.

post verb. *inhibitionem;*

[* quæ, sive inhibitoriales litteræ, quando datæ sunt judici primæ instantiæ semper impensis appellantis insinuari debent, *Mandat. d.* 29. *Mart.* 1754. *]

Lib. IV.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn816544042/phys_0195
DFG

Lib. IV. Tit. XXVIII. thes. VI. lin. 2.

post verb. *interposita*,

[* nisi in iis casibus, ubi appellatio effectum non suspensivum, sed devolutivum tantum habet; ut quando de incarcerando reo, ex causa atrocis delicti agitur, item; in causa cambii, *O. P. S. R. append.* §. 12. & in causis ad fiscum principis pertinentibus, ubi simul jura privatorum non concurrunt, Mand. von Verfahren in Cammersachen, d. 7. Aug. 1770. *]

Ib. Not. 15. post lin. & verb. ult.

[de forma judicii s. procedendi modo in instantia appellationis, confer. Mandat. von dem Rechtl. Verfahren bey dem Appellationsgerichte d. 15. April. 1696. Beyl. O. P. S. R. N. XV. & Nov. Judic. Provocat. Ordinat. d. 27. Mart. 1734. pag. 38. seqq.]

Ib. thes. VIII. Not. 4. lin. 1.

post verb. *Cæsareo*,

[* item in ducatu Calenbergico, Cuelferbytano, Bremensi, Verdensi, Hildesiensi, terris Schaumburgicis, ac alibi *]

Ib. thes. IX. Not. 4. post lin. & verb. ult.

[* Osnabrugensi, Monasteriensi, Paderbornensi, Würtembergico, terris Palatinis ac Borussicis, it. Francofurti ad Mœnum, Hamburgi, Lubecci, in tribunali Wismariensi, in Ostfrisia, &c. *]

Ib. thes. X. lin. 1.

post verb. *nullitatis*,

[* quæ tanquam remedium suspensivum, obtinet inprimis in ducatu Guelferbytano, Calenbergico, Osnabrugensi, Paderbornensi, & in terra Anhaltina, &c. soletque etiam vocari dictio nullitatis aut iniquitatis. Eandem in Camera Imperii institui posse, quidam affirmant, alii, ut videtur, rectius negant. *]

Ib. thes. XI. Not. 1. post lin. & verb. ult.

[* cum persona, quæ hoc beneficio gaudet, articulos probatoriales, intra fatale primum, aut, impetrata dilatione, secundum, judici tradiderit, permittur ei, adhuc novis additionalibus, quamvis alter reprobationem jam exhibuerit, uti, modo secundam dilationem, sub jactura restitutionis, non acceperit, *Rescr. ad dicast. d.* 18. *Mart.* 1732. *]

Ib. post Not. 2.

[* *Nota* 3. Discrimen inter supplicationem, restitutionem ac nullitatis querelam, quod gravamina; quod in isto nulla nova, h. e. quorum in Actis anterioribus non mentio jam facta; in illo, nonnisi nova; in hoc tantum ea, quæ nullitatem efficere

efficere possunt, adduci debeant. Sed una pluribusve ejusmodi gravaminibus deductis, alia addere licet. *]

Lib. IV. Tit. XXIX. thes. I. post Not. 7.

[* *Nota* 7b. Nunc in actionibus personalibus, reo ad certam summam solvendam condemnato, in arbitrio solius creditoris est, velitne executionem prius in mobilia, immobilia, aut nomina fieri, *O. P. R ad t. XXXIX.* §. 7. excetis causis minutis, in quibus initium a mobilibus faciendum; *Mand. d.* 28. *Nov.* 1753. *]

Ib. Not. 10. post lin. & verb. ult.

[Ceterum de pretio, ex venditione feudi refecto, quod, solutis debitis feudalibus, residuum est, neque debitor, neque magistratus, quidquam statuere potest, nescia, & non consentiente Curia Feudali, vid. *Mandat. Regim. d.* 19. *Jul.* 1737.]

Ib. Not. 13. post lin. & verb. ult.

[* tunc incipit jus reale ab ipsa declaratione facta, non demum a confecto super ea re a judice documento, vom Dato, des Hülfsscheins; neque opus est, ut ista declaratio, fiat coram judice rei sitæ, sed sufficit, eam fieri coram judice processus; cujus tamen est, illum de ea re certiorem reddere. sic jud. F. I. L. m. Apr. 1776. cons. præs. Lips. *]

Ib. thes. II. Not. 3. lin. 3.
post verb. im Fall.

[* Hæc fructuum perceptio etiam continuari potest, moto concursu; ita, ut curatori bonorum rationes reddantur, liceatque creditori immisso id, quod ipsi debetur, inter expensa referre, neque opus sit, id ex massa demum concursus petere, ut jud. F. I. L. m. Maji 1769. *]

Ib. thes. III. post Not. 2.

[* *Nota* 2b. Emens sub hasta an pretium cum eo, quod prior possessor ipsi debet compensari possit? solere quæri. Si concursus creditorum jam adest, vel imminet, non potest, alias potest, quia tunc pretium ex venditione sub hasta redactum, ipsi priori domino debetur, ubi mutua debita compensantur. Sic jud. F. I. L. m. Nov. 1764. cons. præs *z. Weissensee.* it. m. Jan. 1770. cons. præs. Zwickavienst. cf. mox *not.* 13. *]

Ib. thes. IV. Not. 4. lin. 3.
post verb. *Mand. Elect. d.* 1. *Aug.* 1643.

[* cf. Mand. *d.* 10. *Octobr.* 1576. Ceterum hæc pecunia in pœnam morosorum debitorum lata est; quippe qui actoribus, eam judici solventibus, reddere coguntur. eadem in usu est in terris Saxo-Gothanis *O. Pr. Goth. P. I. c.* 17. §. 4. ac *Nov. Add. ad B. Oec. Jur.*

in Geranis, Landtagsabſch. *de anno* 1662. §. 12. In terris Saxoniæ Elect. præter dicta Mandata, etiam lege Torgavienſi, Torgauiſchen Ausſchreiben, tit. vom Feilbirten, *Reſol. Grav. de anno* 1612. §. 20 ac *Reſcr. d.* 12. *Apr.* 1603. item lege ſportularia de anno 1612. & 1642. fundata, ac in Ordinat. ſupr. Curiæ Lipſ. de a. 1548. ac Viteb. de a. 1550. ad vigeſimam ſortis partem moderata eſt; poſtea tamen, quia in nova ſportularum judicialium taxatione de anno 1724. omiſſa, extra uſum venit, ſolum in provinciis epiſcopatuum ſervata. At in Mandato *d.* 20. *Febr.* 1764. recentiſſimæ ſportularum taxationi præmiſſo, cautum, ut, magiſtratus, quibus pecuniam executionis ante annum 1724. poſtulare jus fuerit, eam in poſterum quoque, tanquam fructum jurisdictionis, capere poſſint. *]

Lib. IV. Tit. XXX. theſ. IV. poſt Not. 8

[* *Nota* 9. Duas alias ſpecies proceſſus executivi perſonalis, præter cambialem, a) coram judicio mercatorio Lipſ. ubi debitor, vel confitens, vel documentum guarentigiatum recognoſcens, vel condemnatus denique, tam diu arreſto perſonali detinetur, donec obligationi ſatisfaciat; *Ord. Merc. Lipſ. t.* 13. & 21. b) in præfectura Querfurtenſi, ubi ex ſingulari obſervantia, ſi quis tempore mercatus, qui in ea urbe quotannis habetur, & die Wieſe dicitur, actione petitus, ſtatimque ſummarie condemnatus, ante cum finitum non ſolvat, in cuſtodiam conjicitur; quem procedendi modum diſſimilem eſſe, cum carceri obæratorum, tum dationi veteri ad manos & compedes creditorum, (v. ſupra *h. L. t. XXIX.* §. 5. *not.* 1. *litt.* β.) adeoque reum ab actore in carcere alendum eſſe, jud. F. I. L. m. Jun. 1771. *]

Ib. theſ. V. Not. 2. poſt lin. ult.

[* vitia poſſeſſionis in ſummariiſſimo non attendi, conſtans eſt F. I. L. opinio, unde is, qui clam, vi aut precario poſſidet, nihilominus in poſſeſſione defenditur; ſic jud. m. Jun. 1769. conſ. præſ. Lipſ. conf. ſupra *L. II. t.* 6. §. 3. *not.* 4. *]

Ib. Not. 3. lin. 2.

poſt verb. *Collegia Lipſienſia*

[* ſic judicante F. I. L. m. Febr. 1770. conſ. jud. z. Janishauſen in Luſatia *]

Ib. theſ. VI. lin. 5.

poſt verb. *juſtificet.*

[* Plura de proceſſu inhibitivo vid. in libello: Der proceſſus inhibitivus wider die Beſchuldigungen einer Härte vertheidiget durch Philemon von der Güte, *Lipſ.* 1769. cujus libri verus auctor doctiſſ. Curiæ Lipſ. Judex Vicarus Jo. Adolph. Erdm. L. B. de Werthern. *]

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn816544042/phys_0198
DFG

Lib. IV. Tit. XXXI. thes. I. lin. 4.

post verb. *Carpzov. proc. tit.* 1. *art.* 6.

[* b) denunciatorius in causis injuriarum, in foro Sax. usitatus. *]

Ib. post Not. 2.

[* *Nota* 2b. Moto concursu, debitorem, si ab ex eo exigatur, facultates suas jurato manifestare debere, non solum jure Sax. *Banqu. Mand. d.* 20. *Dec.* 1766. §. 3. sed etiam civili, Struv. *S. I. C. ex* 44. *th.* 29. ut jud. F. I. L. m. Majo 1769. cons. cancell. g. Detmold. *]

Ib. post Not. 5.

[* *Nota* 5b. Hodie distinguendos esse a) Curatores massæ, qui in bona debitorum lapsorum inquirunt, & curam eorum gerunt, inprimis, si debitor mercator, proficuumne sit, mercaturam continuare, & quicquid ad eam utile videatur, deliberant, libros mercatorios perveſtigant, ac de ipsa massa conservanda distribuendaque cogitant. hi curatores eliguntur e numero ipsorum creditorum, iisque assistit b) Curator bonorum, jurisperitus, qui præcipue pro augenda massa laborat, & ea facit, quæ ad massam pertinent, simulque juris scientiam requirunt; c) sequester, qui ipsam mercaturam emendo vendendove exercet, aut prædium, aliamve rem singularem administrat; d) Curator litis, qui creditoribus respondet; *Banqu. Mand. de a.* 1766. §. 5. *O. P. R. ad t. XLI.* §. 1. 4. *]

Ib. Not. 7. post lin. & verb. ult.

[Hoc tamen certo quodam modo temperatur *Rescr. Reg. d.* 10. *Sept.* 1733. Excipiuntur dnim a præclusione, a tempore termini liquidationis intra annum, nisi intra hoc tempus sententia designationis in rem judicatam transierit, 1. peregrini, 2. quibus re judicata, aut 3. pignore tradito consultum est, 4. item, qui hypothecis judicialibus, aut consensu domini directi tuti, aut 5. missione in bona debitoris jus reale adepti sunt. Ceterum cum disceptatum esse, an creditor cambialis, concursu creditorum facto, per contumaciam præclusus, vel transactione a plerisque creditoribus cum debitore facta, finito concursu, jure cambii adversus debitorem agere posset: *Decis. Noviss. XXVI. d. a.* 1746. definitum constitutumque est, ut creditor cambialis, quemadmodum *Mandat. de Bancærupt.* §. 16. cautum, transactione a potiori creditorum parte facta, teneatur: neque facultatem, jure cambiali, quamvis nominatim sibi reservato, adversus debitorem utendi, habeat creditor, qui semel in concursu creditorum nomen suum ediderit, quamvis ratam partem, ipsi adsignatam, non acceptaverit, aut postea concursui renunciaverit: Contra vero, ut iis, qui in concursu nomen suum non ediderint, atque adeo vel ex hac, vel ex alia causa

præcluſi ſint, debitoris corpus obnoxium ſit, atque adverſum eum jus cambiale exercere liceat quidem: at tamen, hac in cauſa, debitor, ſolutione facta, cuſtodia dimitti, pecunia vero in judicio deponi, jubetur, ita, ut creditori cambiali non aliter tradatur, niſi poſtquam univerſis creditoribus in concurſu, vel ex Mandato de Bancæruptoribus, legitime nomen ſuum profeſſis, debiti ſui nomine ſatisfactum ſit.]

Lib. IV. Tit. XXXI. theſ. I. poſt Not. 11.

[* *Nota* 11b. Contra ejusmodi decretum non admitti leuterationem, ex Reſcripto ad dicaſteria, *d.* 28. *Febr.* 1731.

Nota 11c. Eſſe, qui decretum diſtributionis nullo modo in rem judicatam tranſire poſſe, exiſtimant. Sic ſenſit Curia Lipſ. T. Luc. 1728. & F. I. V. m. Febr. 1769. ſed in contrarium jud. Sc. Lipſ. m. Nov. 1728. & ſumm. Senatus provoc. Dresd. Conſil. æſtiv. a. 1730. & 1731. quod temperavit F. I. L. m. Oct. 1768. conſ. Senatu Viteb. & m. Nov. 1770. conſ. præſ. Dahmenſi, quod eas res, quæ nec errore calculi continentur, nec alicui priori ſententiæ judicatæ repugnant. *]

Ib. theſ. II. poſt Not. 3.

[* *Nota* 3b. Inter ſumtus funeris numerari etiam eam pecuniam, quam paſtores eccleſiæ accipiunt pro concione funebri, item impenſas in conficiendum recitandumque curriculum vitæ defuncti debitoris, ut jud. Sc. L. m. Febr. 1761. conſ. præſ. z. Bölzig. *]

Ib. theſ. II. poſt lin. & verb. ult.

[* III.

b) Proceſſus denunciatorius in cauſis injuriarum, Rügen-Proceß obtinet in foris Sax. ex Ord. Polit. *de anno* 1661. *t.* 5. §. 1. 2. 3. *& t.* 7. §. 8. item ex Mandato regio contra certamina ſingularia, vindictamque privatam, *Duell-Mand. d.* 15. *Apr.* 1706. *&* 2. *Jul.* 1712. hujusque declaratione *d.* 1. *Jul.* 1737. Differt autem ratione (1) *perſonarum*, (2) *injuriarum*. *perſonæ* ſunt vel A) illuſtres, h. e. nobiles, & qui ſunt majoris adhuc ordinis item Electoris Ducumque lineæ Albertinæ conſiliarii, ac qui militiæ præſunt, aut honeſte dimiſſi præfuerunt, Ober-officiers bis auf den Fähndrich inclusive, vel B) *non illuſtres*. Ex illis eſt vel α) *uterque*, injurians & injuria affectus, vel β) *unus tantum*; iſto caſu *injuriæ* ſunt vel 1) *verbales*, eæque a) *ſimpliciter tales*, quæ quando *abſenti* inferuntur, tenetur prima vice injurians deprecari & revocare; interdum quamvis rarius, ſimul injuncta pœna infamiæ; repetita vice additur 2. 3. vel 4. menſium carcer; quando autem *præſenti*, reus præter ſolennem deprecationem, carcere 4. vel 6. ſepti-

manarum

manarum punitur, & pro atrocitate injuriarum, ſeipſum mendacii accuſare ac os proprium verberare cogitur; ſi ex ejusmodi perſonis, utrinque illuſtribus, *inferior ſuperiorem*, cui parere debeat, injuria lædit, carcer usque ad ſex menſes producitur, interdum & muneris jactura ſequitur; quando vero *ſuperior ſubjectum ſibi*, verbis, honorem lædentibus, absque cauſa increpat, ad deprecationem tenetur; b) *accedentibus minis*, ſuperior per annum ab officio ſuſpenditur, reliquos manet carcer annalis. Evenientibus injuriis verbalibus ſimplicibus in ipſa domo læſi, deprecatio ac revocatio flexis genubus facienda, addito ſex menſium vel anni, aut comitante minitatione duorum annorum cuſtodia; 2) *injuriæ reales* vindicantur, deprecatione, genubus flexis facienda, ac, pro re nata, trium menſium, aut unius duorumve annorum majorisque temporis carcere ſive cum carena, ſine ea, item ab officio ſuſpenſione vel remotione, atque adeo manus amputatione, vel ſcapellatione. Si β) *unus tantum* ad illuſtres perſonas pertineat, & quidem injurians; tenetur ſec. Ord. pol. *de anno* 1661. *t.* 5. §. 2. 3. ad deprecationem & revocationem pœnamque vel pecuniariam vel carceris, aut relegationem; ſi vero is, *qui injuria afficitur*, ex genere illuſtrium ſit, ea vindicatur acerbius: nempe præter deprecationem aut revocationem, 3. aut 4. menſium carcere, interdum cum carena conjuncto, item relegatione, immo fuſtigatione ac condemnatione ad opus publicum; inprimis in injuriis realibus, ubi & deprecatio genu flexo facienda, & jactura muneris addenda. B) quando perſonæ *non-illuſtres* ſe invicem injuriis laceſſunt, hodie nulla amplius actio ad palinodiam vel æſtimatoria, neque retorſio locum habet, neque porro in *verbalibus levioribus* inter civilis conditionis homines vel ruſticos ulla denunciatio libello ſcripto offerri, nec citatio ſcripta emitti debet, ſed ſummariter proceditur, ita, ut læſus oretenus denunciare, ac utraque pars eodem modo, & ſine ſpatio Saxonico; attamen ſub præjudicio, & lædens quidem, ſub pœna confeſſi, læſus vero illum alias abſolutum iri, citetur, comparens injurians interrogetur, cum læſo conferatur, teſtes ſummarie juratoque reſpondeant, & cauſa illico decidatur, reusque ad honoris declarationem ac deprecationem, interdum etiam revocationem, ut & in pœnam condemnetur; omnibus defenſionibus aliisque ſcriptis deductionibus remotis. At in *atrocioribus* injuriis, ſ. realibus, inprimis inter perſonas honoratiores ſcriptæ, tum denunciationes, tum citationes, item defenſiones admittuntur. Neque ulla in hoc proceſſu injuriarum, vel juramenti delatio vel exoneratio conſcientiæ per probationem toleratur; verum deficientibus teſtibus denuncians ſe ad juramentum confirmatorium offerre, quidem ipſa tamen præſtatio tam diu differri debet, donec judex, ipſine hoc, an vero alteri purgatorium imponendum videatur, judicet. Cterum is, contra quem denunciatum eſt, ſeipſum ad reſpon-

dendum ſiſtere debet, mandatarius enim non admittitur. Pœna inter perſonas non-illuſtres eſt vel pecuniaria, vel carcer, vel manuaria, Handarbeit; quamvis etiam usque ad relegationem, fuſtigationem & opus publicum perveniri poſſit; *dict. Mandat. d.* 2. *Jul.* 1712. *&* 1. *Jul.* 1737. item Reſcr. wegen Vertretung der Gewiſſen in Injurien-Sachen *d.* 7. *Mart.* 1716. Mand. vom Verfahren in Crim. S. d. 27. Oct. 1770. §. 14.

Nota 1. Ea, quæ de illuſtribus perſonis dicta ſunt, non pertinere ad feminas, ſive læſa, lædensve, ſive utraque illuſtris ſit; *dict. Duell-Mand.* §. 21. neque ad perſonas eccleſiaſticas, quando ab his illuſtres, injuria læduntur, niſi hæc talis ſit, qua remotionem ab officio vel pœnam corporalem, capitalemve mereatur, ex Reſcr. ad Sc. L. *d.* 2. *Sept.* 1713.

Nota 2. Læſam poſtulare poſſe, ut ſibi copia regiſtraturæ judicialis ſuper actu deprecationis vidimata, ſumtibus injuriantis detur. *dict. Mand. de anno* 1737. §. 3.

Nota 3. Quando dominus jurisdictionis, adigendo ſubditos ad ſervitiorum ipſi debitorum præſtationem, modum excedat, non procedendum contra ipſum ex Mandato ſuper vindicta privata, ſed potius eum puniendum eſſe, ſecundum ceteras leges, ut reſcriptum eſt a Principe ad Sc. L. *d.* 19. *Febr.* 1712. **]*

Lib. IV. Tit. XXXIII. theſ. II. Not. 3. poſt lin. & verb. ult.

[Ex hoc Banno provinciali, ſi id ultra anni ſpatium perduraverit, fieri Bannum imperii, ſtatuit Giovanni (Jo. P. de Ludewig) *in Germania Princ. Lib. III. c.* 4. *n.* 27.]

[* *Nota* 4. Ad bannum Saxonicum agi poſſe, contra eos, qui a tribunalibus Saxonicis ad judicia imperii appellant, vid. *Privil. Ferdinandi de non appell.* *]

Ib. theſ. III. poſt Not. 1.

[* *Nota* 1. Si inquiſitus abſens ſit, ac fugitivus, eum citandum eſſe ad reſpondendum articulis inquiſitionalibus, ad Acta conceptis, ſub pœna confeſſi & convicti, dato ſpatio Sax. ſi vero præſens ſit, & in carcere; at reſpondere, ob contumaciam, detrectetur; eadem quidem citatio locum habet, ſed inſimul ſolet per aliquot, plerumque XIV. dies carena coerceri, ut eo magis ad reſpondendum commoveatur; ſic jud. F. I. L. a. 1770. conſ. jud. 3. Extra. Si pro confeſſo & convicto habetur, non ſatis quidem eſt ad pœnam, inprimis majorem, infligendam, attamen facit indicium ad torturam; cf. ſupra *h. L. & tit.* §. 1. *not.* 11. & mox *not.* 4. *]

Lib. IV. Tit. XXXIII. thes. III. post Not. 2.

[* *Nota* 2b. In delictis gravioribus non sufficere solam responsionem rei ad articulos, sed semper præcedere debere summariam; alias processus inquisitorius nullitate laborat; unde, hac in crimine furti simplicis omissa, confessio inquisiti ad articulos facta, pro tempestiva habetur; ex Rescr. ad Sc. L. *d.* 20. *Oct.* 1725. *]

Ib. Not. 15. post lin. & verb. ult.

[* præscripta tamen sunt in sæpe memorato Mandato de a. 1770. §. 7. quædam interrogatoria generalia, super quibus testes interrogandi sunt. *]

Ib. Not. 20. post lin. & verb. ult.

[* in Sax. El. judex inquisito semper defensionem concedere debet, sive postulet eam, sin minus, antequam Acta, finita inquisitione speciali, ad dicasteria mittantur, *id. Mand.* §. 10. Ceterum, in causa capitali, sententiis, super defensione latis, rationes jungendæ sunt, sive priorem confirment, sive corrigant, ex Rescr. ad dicast. *d.* 23. *Apr.* 1739. *]

Ib. thes. IV. post Not. 6.

[* *Nota* 6b. Interdum in ipsa tortura posse clericum adhiberi, qui reum admoneat, sed nonnisi in atrocissimis delictis, per Rescr. ad dicast. *d.* 9. *Octobr* 1727. *]

Ib. Not. 11. post lin. & verb. ult.

[* v. de ea Rescr. ad dicast. *d.* 15. *Aug.* 1753. *]

Ib. Not. 14. post lin. & verb. ult.

[Ceterum in Saxon. Elect. de Expensis criminalibus in præfecturis cavit *Mandat. d.* 28. *Jul.* 1730.]

Ib. Not. 15. lin. 10.

post verb. *itemque* 2. *R.* 104.

[Verum ea sententia plurimis postea *arg. Mand. Reg. de anno* 1717. magis placuit, ut censerent, sine discrimine tortum condemnandum ad restituendas expensas: atque id novissime expresse constitutum est *Decis. Novissima. XXXVII. de anno* 1746.] [* non tortus solum, sed etiam, qui purgatorio præstito se ab inquisitione liberavit, jure Sax. expensas, in eam factas, feret, ex Rescr. ad dicast. *d.* 3. *Febr.* 1717. solis iis causis injuriarum exceptis, ubi reus nonnisi denunciantis juramento confirmatorio adrpurgatorium gravatur, Mand. *d.* 7. *Jul.* 1737. ubi compensatio expensarum locum habet; quod tamen hodie vix eveniet, cum in his causis a juramentis

juramentis sibi invicem contrariis abstinendum sit, per Mand. *d.* 27. *Oct.* 1770. §. 14. Ceterum pater ad impensas criminales pro liberis, aut maritus pro uxore solvendas non compellitur, nisi ipsis peculium adventitium irregulare, aut bona receptitia desint. Solvit igitur a) ex bonis, quorum usufructu gaudet, mulctam & pecuniam, quam judex paratam erogavit, sic tamen, ut eo, ipsa bonorum substantia minuatur, b) ex iisdem bonis, ac, in subsidium, si plane inopes sunt, de suis, impensas in defensionem ac alimentationem factas, *Dec. Et. XXXVI. de a.* 1746. De utraque enim verba dictæ decisionis postrema intelligenda esse, ac patrem has expensas pro liberis, sive impuberes sint, sive puberes, iique ad comparandam, per operas pecuniam idonei, vel minus de suo dare debere, (modo ex patria potestate nondum exierint) rescripsit Princeps ad Sc. L. *d.* 25. *Mart.* 1750. *]

Lib. IV. Tit. XXXIII. thes. IV. post Not. 19.

[* *Nota* 19b. Eandem necessariam esse non solum in pœna capitali, sed etiam corporis afflictiva, ut jud. F. I. L. m. Dec. 1769. cons. jud. z. Teuchern; at ea non opus in relegatione, ex ejusd. Fac. sententia. *]



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn816544042/phys_0208
DFG

61. tit. von Justizien-Sachen §. 25. O. P. S. R. Tit.

Tit. XXVIII. thes. III. post Not. 8.

. Elect. quando a Superintendentibus, vel commissariis, a provocetur, etiamsi nulla ulterior ad principem appellatio orium apostolos ad Cancellariam mittere debere, ex Rescr. Nov. 1748 & 29. Aug. 1749. *]

es. V. Not. 3. post lin. & verb. ult.

it. von Appellationen, wie die angenommen werden. §. I. p 1237. inprimis quando ad Curias, vel a Curiis provo- pfiensi, vid *Rescr. Jo. Georg. I. ad Regimen Dresd.* eterum de exemplo Lutheri, vid. Strauch. *Dissert. jur.*

Ib. Not. 5. lin. 6.

ost verb. *petat communicationem.*

nebdomadum spatium appellans nihil monuerit, (wenn er inkömmt,) postea non amplius auditur: aut si necesse vi- illud temporis spatium oblaturum, rationem habere, ei *O. P. S. R. Tit. I. §. 8. p. 14.* In quibusdam autem nicatio petentibus denegatur, *O. P. S. R. Tit. XXXV.*

Ib. Not. 6. post lin. & verb. ult.

ppellatio hac formula neglecta pro deserta habita est a. F. I. eg. Gerano. In Sax vero Elect. non opus est his formulis, XX. dies iteratione; verum satis, si appellans in schedula ex *Rescr. d. 21. Febr* 1735, ad dicasteria dato. *]

Ib. Not. 7. lin. 5.

post verb. *judex a quo.*

ni appellatione vel desertione vel inadmissibilitate judex ad noscit, *O. P. S. R. ad t. 35. §. 8.* cf. mox infra *not. 7.* *]

Ib. Not. 10. lin. 1.

post verb. *inhibitionem;*

les litteræ, quando datæ sunt judici primæ instantiæ semper nuari debent, *Mandat. d. 29. Mart.* 1754. *]